





P. RAVENATIS
FOENIX
VENETIIS
1533.
1533













See Bib Grenvil. an Edition printed in the same year (1533) by Pietro de Nicolini da Sabbio.

See Signal C II. a very strict injunction against all Spectators excepting Rompius & ... except the one "quem praefatus Doctor intellegerit".

Artificial Memory

2 works 1 vol

25/-

map


454

Ashburnham Lib
May 10. 1898

Contarini. Imperfect at end



FOENIX
DOMINI PETRI RAVENNATIS MEMORIAE MAGISTRI.





ARTIFICIOSA MEMORIA Clarissimi Iuris Vtriusq; Doctoris & militis dñi Petri Rauénatis Iura Canonica ordinarie de sero legẽtis in Celeberrimo Gymnasio Patauino in hoc libello continentur.

Et cum una sit Fœnix & unus sit iste libellus: libello si placet Fœnicis nomẽ imponatis.



Leonora de Aragonia Ducissa Ferrariæ &c. Quod ab omnium bonorum datore Immortali deo generi humano concessum est: plæriq; in orbe terrarum a constitutione mundi usq; ad hanc ætatem excellentes uiri euasere. Quos inter nunc adest Spectatus miles auratus & Insignis utroq; Iure cõsultus dominus Petrus Tomasius rauẽnas harum litteraꝶ nostrarum exhibitor: Qui præter alias corporis & animi dotes ita omni doctrinarum genere & tenacissima memoria refulget ut ne dum superiorem sed etiam in his parẽ minime habere uideatur. Quod quidem nuper latissime re ipsa cõprobauit: ut non solum nos sed etiam omnis hæc ciuitas nostra testimonium perhibere potest. Qua ex re factum est ut eũ singulari admiratione prçcipuaq; charitate cõplexę: Inter nostros præter alios familiarem & domesticum habere cõstituerimus. Quamobrem Serenissimos

reges Illuſtres principes Excellentes reſpubli⸗
cas & alios quoſcunq; dominos patres fratres
amicos beniuoloſq; noſtros precamur & ora⸗
mus ex animo ut quotienſcunq; ei contigerit
ipſum dominum Petrum tam optime meritũ
cum ſuis famulis & equis uſq; ad numerũ octo
cum ſuis bulgiis forceriis & capſis cum pãnis
& ueſtibus ſuis libris uaſis argẽteis & aliis qui
buſcunq; rebus ſuis ac armis per eoruuı urbes
oppida uicos paſſus aquas & loca die nocteq;
liberrime & expeditiſſime abſq; alicuius datii
gabellæ & alius cuiuſlibet oneris ſolutione
amoris noſtri & potiſſimum tã maximarum
huius hominis uirtutum cauſa tranſire permit
tant commendatiſſimumq; ipſum ſemper ha⸗
bentes ei prouidere uelint de liberrimo expe⸗
ditiſſimoq; tranſitu & idonea cohorte ut opus
fuerit & ipſe requiſiuerit. Quod quidem nobis
iocundiſſimum ſemper erit atq; gratiſſimum
paratiſſimis ad omnia eorum qui ſic in eum ſe
habuerint beneplacita. Mãdamus autẽ omni⸗
bus & ſingulis magiſtratibus quoruncunq; lo
corum noſtrorum & potiſſimum cuſtodibus
paſſuum reliquiſq; ſubditis noſtris ut prædicta
omnia & ſingula in terris & locis noſtris inuio
labiliter ſeruent ſeruariq; faciant. Sub indigna
tionis noſtræ incurſu & alia quauis grauiori
pœna pro arbitrio noſtro eis imponenda, ad
quorũ robur & fidem has noſtras patentes lit
teras fieri iuſſimus & regiſtrari & noſtri maio

ris sigilli munimine roborari : Datas Ferrariæ in nostro Ducali palatio anno natiuitatis dominicæ Millesimo quatringentesimo nonagesimoprimo Indictione nona Die decimo mensis Octobris &c. Seuerius.

Bonifacius Marchio Montis ferrati &c. Decet permaxime Principes eorum non silere cõmendationes qui fide ac deuotione nõ modo sibi deuinctos & affectos esse cognoscunt sed quorũ uirtus ac scientia & mores ubiq; patent & illos sibi reddunt gratos & acceptos. Sane igitur attendentes præclaras uirtutes scientiaq; peritiam ac memoriam magnã prout nosipsi uidimus ac mirabiliter sumus experti spectabilis ac eximii Iuris utriusq; doctoris & militis cęsarei domini Petri de Tomasiis de Rauẽna Paduæ Ius Canonicum publice legentis nec non illius erga nos immensam & cordialem deuotionem singularemq; affectionẽ merito inducimur illũ corde diligere & inter charos nostros connumerare. Quamobrem uniuersis & singulis serenissimis dominis regibus illustrissimis principibus patribus inclytis dominiis magnificis capitaneis excelsis cõmunitatibus strenuis conductoribus nobilibus & officialibus amicis & beniuolis nostris ad quos memoratus dñs Petrus declinauerit illũ affectuose cõmendamus eosdẽ rogantes ut ipsum cũ equis quinq; & totidẽ personis suisq; bulgiis

ualisiis uestibus libris pecuniis rebus & bonis per omnes ciuitates terras & uillas castra oppida castella districtus & iurisdictiones & portus pōtes & passus eundo & redeundo per terrā & aquā die ac nocte semel & pluries absq; solutione alicuius datii pedagii gabellæ bulletarū strapassus tolonei fundi nauis & alia q̃uis oneris exactione libere ac expedite dimittant pertrāsire: sibiq; prouideāt de guidis scortis saluis cōductibus fidis societatibus & aliis fauoribus oportunis quos reqrendos duxerit benigneq; illum recolligant humane suscipiant & gratiose tractent nostri contēplatione suarumq; pręclarissimarꝝ uirtutum intuitu: nā quicquid humanæ recolligentiæ benigni tractamenti propitiiq; fauoris sibi collatum extiterit nobis ad singularē complacentiam ascribemus: in quorum fidem præsentes nostras fieri iussimus & registrari nostriq; sigilli impressione muniri: Datas Pontis turiæ die. xxiiii. Septembris. M.cccclxxxviii. Antonius.

Priores & Vexillifer iustitię populi & cōmunis ciuitatis Pistorii p̄stātissimo Iuris utrinsq; doctori & clarissimo equiti dn̄o Petro de Tomasiis rauēnati nobis dilectissimo salutē. Si recte oia quę mentibus humanis cócipi ac probabili ratione discerni queāt uel cōsiderabimus uel perqremus nihil ꝓfecto inter caducas opes uarios hominū splēdores alternātēq; fortunā

inuenietur post ipsum imortalem deũ qui cuncta creauit ac regit uirtute admirabilius: ea qppe apud uiros bonos & ingenio claros tãti est ut non modo iudicetur ipsius diuinitatis particeps uerũ & possidentibus eã sit stabilis & incorrupta humanæ atq; cælestis uitæ possessio. cũ ita noster Pistoriensis populus diu singularem tuã scientiam admirabilme memoriã ac morũ ciuilium egregiã probitatem accurate perspexerit motus primũ excetlẽtia uirtutum: deinde amoris indicio quod erga nostrã rem publicã & uerbis & operibus ostendisti: ea demum cogitauit & proposuit quæ parẽ eius in te beniuolentiã declararent. Cõuocato igitur pro more ac legibus ciuitatis consilio publico ipsius populi ac legitime celebrato die sexta mensis p̃sentis non sine sũmo ac fauorabili cõuocatorũ cõsensu decretũ fuit tibi tuisq; descẽdentibus bñficium nr̃æ ciuilitatis cũ plena facultate cõsequẽdi q̃cunq; officia ciuitatis & cũ exẽptione imunitateq; p ãnos triginta ꝓxime secuturos a quibuscunq; solutionibus quę deinceps i eadẽ nostra ciuitate quouis modo imponerent: itaq; in futurũ sis noster ciuis Pistoriẽsis ac pro Pistoriense ciue ut præfert habearis & reputeris tu uir præstantissime cui & honos & beniuolentia merito debentur & cuius desiderio satisfactũ esse putamus hoc nr̃i amoris inditiũ suscipe grato ac iocundo animo & memor sis nostrã hanc rẽpublicam tibi ut cæ-

teris nostris cōciuibus factam esse cōmunem: Datum Pistorio in palatio solitæ nostræ residentię sub nr̄o consueto sigillo die.xii.Septēbris.M.cccclxxx. Antonius Iuanus
Cancellarius &c.

Saluus sis frater optime uenientē sororium meum patauium non fuit ęquum sine meis ad te litteris uacuū uenire:quibus & si nihil aliud habeo quod scribam hoc saltē habeo quod in initio epistolarū sæpissime apponitur si bene uales gaudeo ego bene ualeo uxor mea & ego salui te una cum tua saluos esse iubemus: tu uero cum omnium ætatis nostræ memoriosissimus sis memento uerbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Papię quinto idus Nouēbris.M.cccclxxxviii. Tui iuris Lācel
lotus Decius Iuris utriusq; doctor.

Paduæ Domino Petro memorię Magistro.

Quid mō pyramides.qd iā babylona canam⁹
Quid Iouis & triuiæ templa superba deæ
Nō magis imēsum mirabimur amphitheatrū
Nam sūme facerent hoc quoq; semper opes
Scipio non ultra iactet quod fecerat usus
Agmina qui proprio nomine tota uocat
Petrū fama canat quā nobilis ille rauennę est
Gloria:qui plusq̄ docta minerua potest
Quid magni fecere dei mirabile dictu
Nam retinet quicquid legerit ille semel

Effatur triplici quęcunq; orator in hora
Protinus hic iterum nil minus ore refert
Sic reor hunc genuit doctarum quinta ſororũ
Cui pia muſa nihil non meminiſſe dedit.

Frater Egidius Viterbien
ſis heremita

CREMONAE.

Ioãnes Antonius Plebanus eximio humani di
uiniq; Iuris Doctori.d.Petro Rauẽnati ſalutẽ.

Venimus externa ſub celſa palatia luce
Curia conſcriptos qua capit ampla patres
Teq; ibi carminibus primum cenſere cremonã
Senſimus.& laudes connumerare ſuas
Et ſit quanta tuę celeris facundia linguæ
Quam par ingenium vel quaſi maius habes
Cedit enim ingenio tibi regulus imbribus oris
Iſeus manans tullius eloquio
De memori vix mente licet contingere quicq̃
Mortalem quoniam præterit illa fidem
Nunc equidem de te rumor pręceſſerat ingens
Inuentus multo maior es ipſe tamen
Eloquar hoc fiat ſi non iniuria cuiq̃
Aut deus aut toto es primus in orbe virum
Salue igitur tenueſq; meos dignare libellos
Perlegere:accipiunt verba clientis heri
Vtq; deus placida gaudet ſe voce rogari

Dona dehinc gratis tradere supplicibus
Sic tu quæso neges mihi non præcepta pręcāti
Quæ memor hoc valeant efficere arte caput
Hæc si præstiteris quāuis tibi maxima fama est
Illa tamen crescet carmine & ore meo.

BRIXIAE.

Clarissimo & excellentissimo cæsarei pontifi-ciiq; Iuris Doctori mirabili memoria prædito equitiq; splendididissimo Petro Rauennati Marcus Picardus salutem.

Simonides cedat mensq; alta themistoclis vna
Inclȳtus arpigena cum cicerone solon
Cum doctor cū clarus eques splēdorq; rauēnę
Mente valēs memori maxima quęq; canat.

PAPIAE.

Hieronymi Buticellæ auditoris nostri carmen ad vniuersitatem scholarium.

Alma decens studio studiosum spernere noli
Sic petrum valet hic iuribus atq; pede
Hnic prosa non deerit repetentur milia legum
Milia quot nunq̄ posse referre putes
Cannona si cupies cantabitur vndiq; cannon
Nec poterit calamus scribere quæq; refert
Deq; aliis scriptis recitabit splendida cunctis

Tot quot vix poteris credere scripta fore
Adde ꝙ illa suæ virtutis munera fatur
Pectoribus nostris addere posse cito
Quod si nūc spnes lachrymaberis alma futurū
In tempus posthac forsꝗ lugenda tua est

Idem

Si sua mirantur memorantem secula cirum
Vt numen petrum secula nostra colant

¶ Quoniā ætate nostra paucos excellenti memoria præditos fuisse cognouimus statui pulcherrimū opus Italię & toti orbi tradere: cuius pręcepta siquis seruare voluerit huius artis altissimū culmē paruo tēpore mirabiliter attinget: nec fallor o lector carissime dum enim præcepta mea per totam italiā experiri cuncti diuinū potius q̄ humanū opus se vidisse affirmabant: aliqui etiā se cruce signabant nec in artificiosa memoria præceptorem hūi: sed deo mihi auxilium præbente regulas pulcherrimas maximis tamen laboribus inueni: hunc ego libellū doctissimis auditoribus legi meꝗ legente præcepta huius artis ab ore meo pēdētes scripsere: & qui doctrina mea vsi sunt & honorē & laudē sunt cōsecuti hoc meū inuentū excellentissimiviri laudauerūt quoꝝ nomina in fine huius operis inscribere placuit ne solus videar quod est meū laudauisse: quod ꝑfecto pulchrius iudicabitur si excellentiores habuerit laudatores mea igitur ꝓcepta carissime lector amplectaris

omniq; studio & diligētia exerceas: ex ipsis enī non ex aliis grana colliges & toto opere perfe-cto mihi crede maximam gl'iam reportabis.

Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis. scribit apl's. ii. ad corinthyos. iii. Omne donum optimum desursum est descendēs a patre luminum Iacobi pri. gl. in. l. nam & demosthenes. ff. de legibus. Quid enim habes quod nō accepisti. i. ad corinthyos. iiii. sine me nihil potestis facere. Ioānis. xv. nolite gloriari neq; loquamini elata neq; procedat magniloquētia de ore vr̄o quia deus sentētiarum est dn̄s. Primi Regum. ii. intellectum tibi dabo & instruā te in hac via qua gradieris ait deus omnipotēs in libro psalmorum per os prophetę & Bal. in pricipio libri feudorū nō potest aliquid homo boni velle nisi iuuetur ab eo qui nō potest malum velle: dixit Augustinus ad Bonifaciū Papā gratia pręuenit vt velimus bonū'. Augustinus in encharidion mouet ad quęrēdū salutē libertas arbitrii mouente prius deo. Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus sine gratia dei nullū prorsus siue volendo siue agēdo faciunt hoīes bonū. Augustinus de correctione & gratia velle etiā quod bonū est nō possum nisi tu velis. Augustinus in soliloquiis: & scribit ingeniosus poeta in principio sui præclari operis dii ceptis nam vos mutastis & illas aspirate meis. & alibi: Adsis & cepto Iuppiter alte meo.' & pulchre loquitur Cęsar in. l. in nomine domini. C. de offi

cio præfecti prætorio africe in.l. deo nobis au-
xiliũ prębẽte.C.de episcopis & clericis:& in.l.
deo auctore nostrum gubernãte imperium.C.
de veteri iure enucleãdo & textus est in cap̃.in
nomine dñi.xxiii.di. & in cap̃.in nomine dñi
de testibus & in cap̃.veritatis de dolo & contu
macia & in cap̃.nõ licet.xxvi.q.v.& in cap̃. in
nomine pr̃is.lxxiii.di. in autentico vt prępona
tur nomen Imperatoris in ver. mox inchoetur
auctore deo in autentico de armis in principio
in autentico de quęstore in cap̃.primo de bap-
tismo glosa in rubrica institutionũ Bal.in ru-
brica.C.de iure iurãdo Ad omnipotẽtis igitur
dei prouidẽtiam aium meũ referẽs hoc vtilissi
mũ opus ordinare disposui in quo amicis satis
fecero si obscuritates verborũ & sententiarꝝ eui
tauero vt ẽt idocti vtilitatẽ aliquã ex hoc libel
lo assequi possint:in hoꝝ igitur pręceptoꝝ tra
ditiõe loqui nõ aũt dicere cogitaui:vt autẽ res
clarius habeat̃ cõclusiões i tota arte facillimas
adducã:vt cũ legista sim legistas videar imitari.

PRIMA erit Conclusio: Ars ista cõstat ex locis & imaginibus: lo
ca sunt tanq̃ charta seu alia mate
ria ĩ qua scribimus: Imagines sũt
similitudines rerũ quas memorię
volumus cõmendare.Chartam ergo primũ pa
rabo in qua imagines collocare possimus. Et
pro fundamento huius primæ cõclusionis qua
tuor regulas pono.Prima est hæc:loca sunt fe-

nestræ in parietibus positæ columnę anguli & quę his similia sunt. Secūda sit regula: loca nō debent esse nimium vicina aut nimium distantia. vicinitas enim vt expertus sum in appositione rerum memoriam naturalem conturbat: si autem nimium distarent loca cum mora quæ locis tradita sunt recitamus mediocriter ergo distabunt si vnus ab altero quinque vel sex pedibus distabit. Tertia sit regula vana vt mihi videtur est opinio dicentium loca fieri non debere vbi sit hominum frequentia: vt in ecclesiis aut in plateis: nam ecclesiam quandoq; vacnā vidisse sufficit non enim semper ibi hominum deambulatio visa fuit & in hoc experientia quę est rerum magistra contrarium docuit. Quarta sit regula: loca non sint alta quia volui q; homines pro imaginibus positi loca tangere possint quod vtile semper iudicaui. Accipio ergo ecclesiam mihi multum notam cuius partes diligenter considero in ea terq; quater deambulans discedo domumq; redeo & ibi per me visamente reuoluo & hoc pacto principium locis do: In parte dextra portæ ex qua recto tramite ad altare maius itur mihi primum locum constituo: deinde in pariete post quinque aut sex pedes secundum & si ibi aliquid reale sit positum vt est columna fenestra aut his simile ibi locum pono: si autem reale deficiat ad arbitriū meum imaginarium fingo si tamen hoc loca fabricans omittere vellet timens ne rei appo-

site obliuiscatur concedatur dummodo sit me mor ibi locum constituisse & sic de loco in lo- cum procedatur donec ad eandem portam lo ca fabricans reuertatur & ista fiant in parieti- bus primis ecclesiæ omissis omnibus quæ in medio ipsius sunt: & siquis locorum copiam habere cupiat hoc ordine monasterium intret & illud totum locis impleat aut in parietibus extra ecclesiam sibi loca comparet: & qui mul ta voluerit meminisse multa sibi loca compara re debet: Ego autem quia omnes homines Ita liæ copia rerum absq; chartarum reuolutione superare volui in sacris scripturis iure canoni- co ciuiliq; & aliis multarum rerum auctoritati bus dum essem adolescens mihi centummilia locorum paraui & nunc ipsis decemmilia ad- didi in quibus per me dicenda posui vt inprō- ptu sint quando memoriæ vires experiri cupio & cum patriā relinquo vt peregrinus vrbes Ita liæ videā dicere possum omnia mea mecū por to nec cesso tamē loca fabricare: hoc suadeo vt in aliqua ecclesia & monasterio habeantur lo- ca solum pro reponēdis rebus quas quotidie cōuenit recitare: vt sunt argumēta rationes hi- storię fabulę & prędicatiōes quę in quadragesi ma fiunt & hoc officiū illis locis tantū depute tur & vnū quod vtile iudicabitur pro istis lo- cis in fine scribere disposui. volo equidē iuue- nes huius artis cupidos perfectissime docere: loca autē sic constituta ter aut quater in mense

memoria repetantur. repetitio enim locorum nullo precio emi poteſt. SECVNDA erit Concluſio vt charta habita modum ſcribendi in ipſa doceam in magna nobilium corona dum eſſem adoleſcens mihi ſemel fuit propoſitum vt aliqua nomina hominum pervnum ex aſtantibus dicenda recitarem: nõ negaui: dicta ergo ſunt nomina in primo loco poſui amicũ illud nomen habentem in ſecundo ſimiliter & ſic quot dicta fuerunt tot collocaui & collocata recitaui: & aduertat collocans vt ſemper amicum ponat agentem illud quod communiter ab eo fieri ſolet: & iſta concluſio clare procedit in nominibus cognitis: ſi autem non cognoſcitur amicus illud nomen habens veluti Bozdrab Zorobobel tunc collocabis quod loco ſuo dicetur: & idem dico in nominibus animalium vt eſt equus bos aſinus vt in primo loco ponatur equus in ſecundo bos in tertio aſinus & idem in rebus anima carentibus vt eſt liber cappa veſtis: ſed aduerte ne decipiaris ſi in primo loco poneretur liber in ſecundo cappa ſic ſimpliciter poſſes dum recitares deficere: excitare enim memoriam naturalẽ eſt artis huius officium: ſed hę res commouere non poſſunt quia geſtus imaginis poſitę excitat qui in talibus naturaliter non reperitur: imago igitur in loco talis poni debet quæ ſe moueat ſi non poteſt ab alio moueatur rem talem in manu alicuius motoris ponas vt ex motu illo memo

ria

ria naturalis commoueatur: ſed acutiſſimi in-
genii iuuenis dicet ꝙ hæc præcepta non ſunt
omni ex parte perfecta formica in loco poſita
ſe mouet non tamen propter ſui paruitatem
commouebit granum piperis in manu mo-
toris poſitum etiam non excitabit: fateor hoc
ſi formica ſola collocetur ſed multitudinem
formicarum aſcendentium & deſcendentium
arborem in loco ponam. Quod ergo formi-
ca ſola facere non poteſt faciet multitudo &
amicus etiam in loco multa grana mouebit.
Inſtabit etiam ingenioſus iuuenis: pulex ſaltat
nec commouet multitudo autem bene collo-
cari non poteſt ſed pro pulice amicum puli-
cem capientem collocabo: & ego ſepiſſime
pro pulice excellentiſſimum omnium ætatis
noſtræ medicum Magiſtrum Gherardum Ve-
ronenſem poſui quem ſemel capientem puli-
cem aſpexi. TERTIA Eſt aurea
Concluſio quia pro litteris alphabeti homi-
nes habeo & ſic imagines uiuas: pro littera
enim. a. Antonium habeo pro littera. b. Be-
nedictum & ſic perſonas in quarum nomini-
bus prima littera eſt illa quam collocare uo-
lo: & ego communiter pro litteris formoſiſ-
ſimas puellas pono: illę enim multum memo
riam meam excitant & frequentiſſime in locis
Iuniperam Piſtorienſem mihi chariſſimam
dum eſſem iuuenis collocaui & mihi crede ſi

pro imaginibus pulcherrimas puellas posue-
ro facilius & pulchrius recito quæ locis man-
daui secretum ergo habe utilissimum in artifi-
ciosa memoria quod diu tacui ex pudore si ci-
to meminisse cupis uirgines pulcherrimas col
loca: memoria enim collocatione puellarum
mirabiliter commouetur & qui uidit testimo
nium perhibuit: hoc autem utile præceptũ pro
desse non poterit illis qui mulieres odiunt &
contẽnunt sed isti artis huius fructum diffici-
lius consequentur ueniam tamen mihi dabunt
uiri religiosissimi & castissimi præceptũ enim
quod in hac arte mihi honorem & laudem at-
tulit tacere non debui cum successores excel-
lentissimos relinquere totis uiribus nitar.

QVARTA est Conclusio ut imagines al-
phabeti seu nomina demonstrantia litteras be
ne memoria teneantur & sæpe repetantur: In-
cipio ergo sic si mihi contingat in loco pone-
re istam copulam & in loco pono Eusebiũ &
Thomam: hoc tamen ordine quia Eusebius lo
cum tangit & Thomas astat corã eo: si autem
Thomas locũ Eusebii tenuerit & eusebius tho
mę non copulam et: sed hoc pronomen te in
loco uidebimus appositũ: est enim in arte hac
hæc regula ut prius in ordine loco sit propin-
quius sicut enim in charta primũ.e.scribimus
in ista copula & ita & in loco & idẽ obseruan-
duȝ est generaliter in omnibus dictionibus &

aliis collocandis. QVINTA est Cõclusio in syllabis triũ litterarum in quibus sic proceditur: si enim uocalis est in medio ut in hac syllaba Bar: tũc imaginem ultimę litterę accipio & rem aliq̃ addo cuius principiũ duabus praecedẽtibus litteris simile sit. si ergo in loco raimundum cũ baculo locum percutientem posuero legetur in loco syllaba bar: & si Simon locum percusserit habebitur syllaba bas. ista ergo sit regula quae sic repetitur ubi uocalis est in medio in syllaba triu; litterarum accipitur imago ultimę litterę re aliqua apposita mobili aut se mouẽte cuius principiũ simile sit duabus litteris pręcedentibus: si autẽ uocalis sit in fine ut in syllaba bra: tunc imaginẽ primę litterę in loco colloco & rẽ mobilem seu se mouẽtẽ cuius principiũ sit simile duabus sequẽtibus si ergo Bñdictum cũ rapis uel ranis in loco posuero dabit syllabã bra: si aũt Thomã syllabã tra: copia ergo rerũ incipientiũ ut syllabae si in prõptu habeat magnam afferet utilitatẽ: sed si uocalis est in principio syllabam faciens ut in hoc uerbo amo tũc semper imago primae litterę collocãda est in loco & res principiũ habẽs simile sequẽti syllabę: si ergo Antonius uoluat molam hoc uerbũ amo positũ legemus: si Eusebius uerbũ emo: est tñ sciendũ ꝙ nõ possumus cõmode dictionẽ trium aut quatuor syllabaꝝ collocare: sed nec opus est quia frustra sit p plu

ra quod poteſt fieri per pauciora : ſufficit enim primam & ſecundam ſyllabam poſuiſſe dictio nem tamen duarum ſyllabarum poſſumus to/ tam collocare ueluti pater ponam in loco rem uel hominem pro imagine ſyllabæ pa:ut Pau/ lum & pro ſyllaba ter:cum uocalis ſit in me/ dio Raimundum accipiã telam in manu he/ bentem:cõcludo ergo ſic pulchre imagines al phabeti ſimul iunctæ & copia rerum incipien/ tium ut ſyllabæ ſemper nobis ſeruient ſi aliæ imagines defuerint: ſi enim alias habere poſ/ ſum iſtas omitto de quibus in aliis concluſio/ nibus dicetur. SEXTA eſt Concluſio in iſtis dictionibus panis uinum lignum ueſtis & ſimilibus & in nominibus dignitatũ : ut eſt Papa Imperator abbas canonicus: quæ omnia etiam ruſtici intelligunt quid demõſtrent : uel ut clarius loquar uniformes ſunt in lingua uer nacula & latina in talibus dictionibus alias imagines non quęro ſed pono illud quod di/ ctio ipſa ſonat & ſyllabæ omnes talium dictio num poſſunt pulchro inuento facile collocari: in corpore nanq; humano caſuũ imagines in/ ueni:nam caput eſt caſus nominatiuus manus dextra genitiuus manus ſiniſtra datiuus : pes dexter accuſatiuus pes ſiniſter uocatiuus & uẽ/ ter ſeu pectus caſus ablatiuus : & pro numero ſingulari pono aut pulchram puellam nudam & pro numero plurali ipſam egregie ornatam

aut illum quem meminisse uolo: aut ergo uo-
lo collocare rem aut hominem: si rem ut pa-
nem puellam nudã in loco sibi pedem dextrũ
cum pane tangentem collocabo: si autem di-
ctionem collocare uolo hominem in aliquo
officio uel dignitate constitutum demonstran
tem ut abbatem: abbatem unũ in loco nudum
qui cum pede dextro locum percutiat pono: &
si diligenter o lector dulcissime considerabis
hoc inuentum tibi pulchrum uidebitur: & sic
has dictiones totas soleo collocare. SEPTI
MA est Conclusio quia possumus etiam col
locare dictiones sono uocis gestu corporis &
similitudine & istis imaginibus frequẽtissime
utor: pono enim amicum pro dictione: docto-
rum unum cognoui qui semper in ore habe-
bat legem per hanc. C. de temporibus appella-
tionum: illam enim tantum legem legum do-
lor memoriter dicebat: uolens ergo illam legẽ
collocare illum dolorem pono qui semper ri-
sum excutit & sic sono uocis collocationem fa
cio: gestu corporis ponuntur imagines quãdo
fit gestus in dictione comprehensus pro uerbo
enim spolio amicum pono qui alium spoliet:
pro uerbo rapio amicum per uim aliquid rapi
entem: similitudine colloco imagines quando
rem dictioni similem in litteris licet in signifi-
catione dissimilem inuenio: ut quãdo pro uer-
bo cano canem colloco. OCTAVA est

Conclusio pro dominis iure cõsultis & de uo-
luminibus iuris ciuilis dicere incipiam & quã
do illa locis tradere uolo colores quibus tegũ
tur accipio: pro.ff.ueteri pellem albam:pro.ff.
nouo pellem rubeã:pro inforciato pellem ni-
gram:pro Codice pellem uiridem. pro uolu-
mine uarii coloris pellem:pro Institutionibus
librum paruum:& pro autentico tabellionem
instrumentum magnũ habentem colloco:pro
autentica puellam priuilegium habentem: pro
libro feudorum comitem alicuius castri: pro
decreto autem cum in eo sint sanctorum patrũ
auctoritates senem aliquem in loco scribẽtem
pono:pro decretalibus Papam in throno sedẽ
tem colloco:pro clementinis puellam cui no-
men est Clemens pro sexto libro instrumen-
tum illud ita in Italia dictum de quo scribit
Ouidius: Altera pars staret pars altera duceret
orbem: pro commentatoribus iuris eos qui
idem nomen habent:imaginem autem glosæ
accipio ex doctrina per me primo loco data in
collocatione dictionum:pro.ff.iuniperam ha-
beo Florentino cytharam dantem ut orlandi
gesta cantare possit. Allegationes autem decre
ti sic collocantur:nam pro allegatione quæ fit
per distinctiones ponitur puella quæ pannum
uel chartam laceret:pro quæstione autem col-
loco iuniperam percutientẽ famulam:pro con
secratione est sacerdos hostiam cõsecrans: pro

pœnitentia est Iunipera quæ mihi sua peccata leuia confitetur. NONA est Conclusio ut ostendam quomodo rubricas utriusq; Iuris locis tradere debeamus & duas imagines communiter pro illis ponere soleo: si enim meminisse uoluero Rubricā de transactionibus Thomam ranas habētem colloco uel gestum corporis pono duos enim qui diu litigarunt a lite recessisse fingo & alterum alteri signum pacis præbere hæc est pulcherrima imago rubricæ de transactionibus. Principia autem legum uel capitulorum in locis ponuntur alphabeto uel sono uocis uel similitudine uel gestu corporis de quibus iam plene dictum est. DECIMA est Conclusio in argumentis collocandis pro quibus imagines duas ponere soleo: prima est gestus corporis: ut si dicatur sic testamentum sine septem testibus factum non ualet: testatorem coram duobus testibus testamentum fecisse fingo & uirginem unam illud lacerare. secunda est imago quia duas aut tres dictiones argumenti principaliores colloco; exemplum habe tu iurisconsulte & me intelligent philosophi quādo in actu requiritur iussus alicuius ille debet prędecedere: hic sunt multa uerba sed sufficit iussum & præcedere collocare & reliquas argumenti partes memoriter dicere poterimus: ex collocatione ergo duarum aut trium dictionum cætera eleganter

recitabimus: & hoc experto crede magistro.
VNDECIMA est Conclusio cum quęreret quidam: Vtrum in eodem loco plura collocare deberet? respondi si in locis ponere uolo quæ ab alio mihi proponútur ut illa proposita statim recitare debeam imagines unius rei tantum in loco colloco: sed si quæ in libris lego in locis ponere dispono ut illa memoriter pronunciare possim tunc imagines plurium rerum in loco uno sepissime ponere non dubitaui. DVODECIMA erit pulcherrima Conclusio: ut aperiam quo pacto numerorum imagines fieri debeant & pro omnibus numeris quos possumus excogitare uiginti tantum imagines inueni: illas ergo specialiter describam: pro numero decem est mihi crux magna aurea uel argentea: pro uiginti similitudo litterę. r. ferrea uel lignea rei alicui rotundę coniuncta quia numerum uiginti hoc modo in charta scribimus zo: pro triginta similitudo illius figuræ eodem modo rei rotundæ coniuncta: & sic usq; ad numerum centum imagines habeo quæ decem sunt: nouem etiam imagines numerorum habeo incipiendo ab uno usque ad numerum nouem quas in digitis manuum hominis fabricaui. Est igitur digitus primus manus dextræ mihi pro primo numero seu pro uno: secundus pro secundo seu pro duobus: &

ſic uſq; ad quartum digitum manus ſiniſtræ procedo: vt autem facilius iſta memoria teneã tur primum digitum manus dextræ dico eſſe ghelforum: ſecundum ghebilinorum: tertium iudæorum: quartum anulorum: quintum aurium: & ſic de digitis manus ſiniſtrę ſit dictũ. Primum ghelforum appello quia ghelſi illum in magno precio habere dicuntur: ghebilini ſecundum: tertium iudęorum appello: quia ſi digitum illum iudeis oſtendimus toruo viſu reſpiciunt: qui autem cauſam ſcire cupiet quęrat & inueniet: cur autem quartum & quintum ſic nominem notiſſimum eſt: pro numero autem mille michaelem habeo. ſi ergo mihi numerus aliquis proponatur imaginem eius facilime inueniam: aliqua exempla ponam quibus poſitis lector etiam rudis ingenii concluſionem iſtam optime intelliget: ſi. xi. q. iii. dicere voluero in loco ghelſum fingam crucem in manu dextra tenentem & iudæum qui totis viribus per vim illam manu dextra rapere tentet: ſi. ii. ad corinthyos. iiii. ponere voluero in loco ghebilinum fingam qui in manu dextra cortinam teneat quam pulchrę puellæ oſtendat illamq; in manu dextra recipiat: puellam enim deſponſatam pro quarto digito & ſic pro quarto & nono numero colloco: ſi de pœnitentiis diſtinctione quarta meminiſſe voluero ſacerdotem ſenem non iuuenem cui peccata confiteatur Iunipera

collocabo & ipſa mirabile faciet : ſacerdotem namq; abſoluet capiti ſuo manum dexteram imponens : & ſic ne in infinitum ſit proceſſus ſit finis huic pulcherrimæ artificioſæ memoriæ: in cuius præceptis omnia ſi non explicite ſaltem implicite comprehenduntur. Vnum tamen non omittam quod hoc in loco ſcribere promiſi vtile in locis eſſe iudico quæ pro rebus auditis reponendis fabricauimus : ſi in quinto loco manus aurea ponatur in decimo crux aurea in quintodecimo manus argentea in vigeſimo imago ipſius numeri & ſic in cæteris facere monet mea doctrina.

Excellentiſſimos in artificioſa memoria habui auditores o lector dulciſſime meamq; doctrinam miris laudibus extulerunt quorum aliquos hic legere tibi vt puto placebit Fuere mei diſcipuli Magiſter Antonius Trõbeta ordinis minorum theologus celeberrimus Magiſter Petrus Rochabonella Magiſter Ioannes de Aquila Magiſter Nicoletus Teatinus Magiſter Hieronymus Veronenſis Magiſter Hieronymus de Polchaſtris artium & medicinę doctores conſumatiſſimi & Paduę legentes. Spectabiles Seuerius & Nicolaus illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ ſecretarii Dominus Ioãnes Maria Riminaldus dominus Dominicus de Maſſa dominus Antonius de Liutis dominus Ioannes Franciſcus de Canali & dominus Leonellus

de Bruturis Iuris consulti consumatissimi & Ferrarię legentes. Tacebo nobiles Venetos qui me audito multa memoriter pronunciare didicerunt Dominicum tamen georgium virum illustrem, silentio inuoluere nequeo qui doctrina mea vt ipse affirmabat immortalē sibi gloriam comparauit. Bononię Papiæ Ferrariæq; legi & qui me audierunt multa memoriter scire incœperunt & quamuis mea artificiosa memoria aliorum auctoritatibus sit comprobata peccare tamen non puto si acta mea in hoc libello legentur quæ ipsam mirabiliter approbabunt. Dum essem iuris auditor nec vigesimū vidissem annum in vniuersitate Patauina dixi me totum Codicem Iuris ciuilis posse recitare: petii namq; vt mihi leges aliquę ad arbitrium astantium proponerentur: quibus propositis summaria Bartoli dicebam aliqua verba textus recitabam casum adducebam tacta per doctores examinabam lexq; ista tot habet glosas dicebam & super quibus verbis erant positæ recordabar contraria allegabam & soluebam : visum est astantibus vidisse miraculum: Alexander Imolensis diu obstupuit nec fabulam narro ego palam locutus sum in vniuersitate Paduæ & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum testes huius rei tres habeo : Magnificum dominum Ioannem Franciscum Pasqualicum senatorem

Venetũ & Iuris vtriusq; doctorem excellentissi
mum apud Illustrissimũ Mediolani ducẽ nunc
legatũ: & clarissimũ doctorẽ dñm Sigismũdũ
de Capitibus listæ ciuem nobilem Patauinum:
cuius pater Franciscus fuit acutissimi ingenii
Iurisconsultus Spectabilem dominum Monal
dinum de Monaldinis Venetiis cõmorantem:
in quo virtus domicilium suum collocauit. Le
ctiones etiam Alexandri Imolensis Paduę le-
gentis copiosissimas memoria tenebam & illas
ex verbo ad verbum in scriptis redigebam illas
etiam postq̃ finierat astante magna auditorum
copia a calce incipiens recitabam ex suisq; le-
ctionibus dum in scholis audirem carmina fa-
ciebam & omnes earum partes in carminibus
positas statim replicabam: & qui hoc viderunt
obstupuere: huius rei testes habeo clarissimum
equietem & doctorem dominum Ioannẽ Frã
ciscum de Miliis Brixiensem: spectabilem do-
ctorem dominum Sigismundũ de Capitibus li
stę, & filium Alexandri Imolensis qui nunc est
Iurisconsultus celeberrimus. Centum & qua-
dragintaquinque authoritates religiosissimi
fratris Michaelis de Mediolano Paduæ præ-
dicantis immortalitatem animæ probantes co
ram eo memoriter & prompte pronũciaui qui
me amplexus est dicens viue diu gemma sin-
gularis o vtinam te religioni dicatum vide-
rem, testis est tota ciuitas Patauina sed magni-

ficum dominum Ioannem Frãciſcum Paſqua licum & dominnm Sigiſmundum de Capiti/ bus liſtæ & dominum Monaldinum de Mo/ naldinis teſtes habeo. Petii ego doctor crea/ tus in vniuerſitate Patauina, vt mihi in cathe/ dra ſedenti aliquis de vniuerſitate auditor vnũ ex tribus voluminibus digeſtorum quod elige ret pręſentaret locumq; in quo legere deberem deſignaret: dixi enim ſuper re propoſita innu/ merabiles leges allegabo teſtes ſunt Clariſſi/ mus Iuris vtriuſq; doctor dominus Gaſpar Or ſatus Paduæ Iura Canonica legens: & doctiſſi/ mus dominus Proſper Cremonenſis Paduæ cõmorãs. Omnes prædicationes quas in vna quadrageſima magiſter Antonius heremita Pa duę pronunciauerat eo ordine quo ipſe dixerat memoriter pronunciaui & in ſcriptis ſibi dedi: quo viſo dixit ꝙ amplius Padug non prędica/ ret: & huius rei ſi viuit teſtis eſt ipſe omni exce ptione maior.

Prędicationes etiam domini Mathei Vero/ nenſis canonici regularis & viri eloquentiſſi/ mi quas in tota quadrageſima fecerat ſibi in ſcriptis dedi quia memoriter tenebam & in chartis reponebam: teſtis eſt ipſe & dominus Deodatus Vicentinus canonicus regularis. Dum Piſtorii legerem a dominis Florentinis conductus ſermonem verbi dei fratris Blaſii de Plombino heremitę recitaui: teſtes ſunt Pau/

lus magistri Michaelis & Domicius Cancellarius Pistoriēses ciues:& tota ciuitas illa de mea artificiosa memoria testificari poterit quæ me immunitatibus & priuilegiis decorauit.

Dominicus Georgius vir illustris Paduæ pręfectus & in artificiosa memoria discipulus dū litteras Ducales semel legeret earum verba collocaui & statim recitaui: testis est dominus Anibal de Magiis de Bassiano nobilis ciuis Patauinus: cuius pater Nicolaus fuit excellentissimus Iurisconsultus.

Semel in schachis ludebam & alius taxillos iaciebat aliusq; omnes iactus scribe bat & ex themate mihi proposito duas epistolas dictabam: postq̃ finem ludo imposuimus omnes iactus schachorum & taxillorum & epistolarum verba ab vltimis incipiens repetii: hęc quatuor per me eodem tempore collocata fuerunt: testes sunt dominus Petrus de Montagnano & Franciscus Neuolinus nobiles Patauini ciues. Dum essem Placentię monasterium monachorum nigrorum intraui vt illud viderem in dormitorioq; eius comitante monacho quodam bis deambulans monachorum nomina quę in ostiis cellarum erant collocaui: deinde congregatis eis nomine proprio quemlibet salutaui: licet quem nominabam digito demonstrare non potuissem: mirabātur monachi quo pacto ego peregrinus nomina eorū memoriter pro-

ferrem ipsis mirari non desinentibus: dixi tandem hoc potuit mea artificiosa memoria: quorum vnus dixit ergo hoc Petrus Rauennas facere potuit & non alius.

In Capitulo generali canonicorum regnlarium Paduæ prædicationem domini Deodati Vincentini eo ordine quo ipsam pronunciauerat recitaui astante ipsius prædicationis auctore. Semel me traxit ad sui contemplationem Cassandra fidelis Veneta virgo excellentissima quæ dum legeret litteras serenissimæ coniugis regis Ferdinandi ad se missas illas collocaui & recitaui: testis est illa Doctissima Virgo: dominus Paulus Raimusius doctor excellens Ariminensis: & Angelus Salernitanus vir clarus.

Scribebat quidā Illustrissimę Ducissæ Eleonorę priuilegium alius legebat præsens eram illudq; ex verbo ad uerbum locis tradidi & ab vltima dictione incipiens totum recitaui: mirabantur astantes: huius rei testis est dominus Ioannes de Bruturiis clarissimus Ferrarię ciuis qui etiam multa de hac artificiosa memoria narrare poterit.

Quid autem de actis meis referre possit nepos maximi pontificis Pauli Reuerendus Paduæ Canonicus & decretorū doctor insignis dominus Augustinus barbus omitto cū compater sit charissimus. Sed quid plura testis est

Brixia, Papia, & Cremona: quid potuerit mea artificiosa memoria declarant hoc carmina quę in principio huius libelli leguntur. Testis est Illustrissimus marchio Bonifacius & eius pulcherrima vxor quę me egregio munere donauit: testis est nouissime Bononia: testis est Illustrissimus Hercules Dux & Illustrissima vxor Eleonora: Testis est tota Ferraria: duas enim prædicationes celeberrimi verbi dei præconis magistri Mariani heremitæ recitaui: quo audito obstupuit dictus Magister & dixit: Illustrissima Ducissa hoc est diuinum & miraculosum opus: testis est Vniuersitas Patauina: omnes enim lectiones meas Iuris canonici sine libro quotidie lego: ac si librum ante oculos haberem: textum & glosas memoriter pronuncio vt nec etiam minimam syllabam omittere videar. In locis autem meis quę collocauerim hic scribere statui & quæ locis tradidi perpetuo teneo: in decem & nouem litteris alphabeti vigintamilia allegationum Iuris vtriusq; posui & eodem ordine sacrorum librorũ septem milia: mille Ouidii carmina quę ab eo sapienter dicta continent: ducentas Ciceronis auctoritates: trecenta philosophorũ dicta: magnam Valerii Maximi partem: naturas fere omnium animalium bipedum & quadrupedum quarum auctoritatum singula verba collocaui & quando vires artificiosæ memorię experiri

cupio

cupio peto vt mihi vna ex litteris illis alphabeti proponatur: super qua proposita allegationes profero: & vt clare intelligar exemplum habe: proposita est mihi nunc littera.a.in magno doctorum uirorum cōuentu & statim a iure principium faciēs mille allegationes & plures proferam de alimentis de alienatione de absentia de arbitris de appellationibus & de similibus quæ in iure nostro habentur Incipientibus a dicta littera.a.deinde in sacra scriptura de Antichristo de adulatione & multas allegationes sacrę scripturæ ab illa littera incipientes pronunciabo carmina Ouidii auctoritates Ciceronis & Valerii: non omittam de Asino de Aquila de Agno de Accipitre de Apro de Ariete auctoritates allegabo & quæcunq; dixero ab ultimis incipiens uelociter repetam & hanc memoriæ demonstrationem pulcherrimam esse puto cui me obligaui semper & ad semper interrogetur reuerendissimus nunc uicem gerēs Bononiæ cum consumatissimo Iurisconsulto domino Ioanne de Sala quid super littera.m. mihi proposita allegauerim: interrogetur uniuersitas Bononiæ quid super littera.p.de dei potentia & potestate Papæ pronunciauerim: & hunc legendi modum a rerum multitudine chaos appello quādo deo optimo maximoq; placuerit hoc tantum opus Italiæ ac toti orbi tradam.Hæc etiam in Iure canonico tantum

locis tradidi tria milia allegationum decreti: duo milia decretalium: totum sextum & eius mille glosas: Clementinas & earum mille glosas: & quando de glosis decretalium Sexti & Clemētinarum uerbum facio dictiones in quibus sunt positæ profero Mille etiam singulariter dicta in Iure ciuili memorię tradidi nec fabula narratur: in hiis enim quotidie periculū facio omnia mea mecum portare uolui maiora tamen cupere ab hiis disco: naturalia enim desideria insaciabilia sunt ut ait Seneca ad Lucillum: Non omitto etiam Illustrem Principē Marchum de Piis qui me audiens obstupuit: & ex hoc me absentē sepissime nominat. Dominus Bartholomeus Pigafetus Vincentinus uir quidem sapientissimus dicere audet dominum Thomam Reatinum qui omnium ætatis suæ memoriosissimus fuit noui & sibi magna amicitia coniunctus fui: sed te superiorem esse iudico.

Hic liber est qui nunc præbebit lumina cęcis
Pręceptis poterunt dicere multa meis
Innumerosq; dabunt uobis hæc secula ciros
Excidet & tanti gloria magna uiri
Te tamen ut Petri dantis pręcepta precamur
Sis memor & dicas petre magister eras.

Die.iii.Ianuarii.M.ccccxci.


Adiens præsentiam Serenissimi Principis & Illustrissimi Dominii, Egregius Iure Consultus, Dominus Petrus de Rauenna nuncupatus A Memoria Legens Ius Canonicum in Gymnasio Patauino Reuerenter exposuit se toto tempore eius uitæ multis uigiliis & laboribus insudauisse, ut artem Memoriæ adipisceretur, quemadmodum Deo optimo maximo opitulante adeptus est, Composuisseq; in arte ipsa quoddã opusculum nuncupatum Fœnix: quod cum decreuerit impresentiarum ad vniuersalem commoditatem & beneficium edere humiliter supplicauit detur modus ne alieni colligant fructus laborum & vigiliarum suarum: Cui quidem æque ac conuenienti peti tioni annuentes Infrascripti Domini Consilia rii: Sic consulente Collegio terminantes decre uerunt, decernuntq;, & iubent, q nemo audeat

in hac vrbe Venetiarum,& in tota ditione Illustrissimi Dominii nostri Imprimere,seu impressa vendere voluminna dicti operis, nuncupati Fœnix,sub pœna amittendi illa, & insuper libras vigintiquinque pro quolibet volumine: Et huic met pœnę subiaceanr illi,qui huiusce modi libros alibi impressos vendere pręsumerent in ditione prędicti Illustrissimi Dominii: Excepto duntaxat illo Impressore, quem præfatus doctor præelegerit.

Serenissimus Princeps,In Collegio.

Domin icus Maurocenus Consili arius
Nicolaus Leono Consiliarius
Thomas Mocenigo Consiliarius
Marcus Fusculo Consiliarius
Nicolaus Triuisanus Consiliarius
Leonardus Lauredanus Consiliarius

Georgius Nigro Secretarius Ducalis.



Congestorium Artificiose Memorie. V. P. F. Joãnis Romberch de Kyrspe. Regularis obseruantie predicatorie: Omnium de memoria preceptiões aggregatim complectens: opus oĩbus Theologis: predicatoribus ꝛ confessoribus: Juristis: iudicibus procuratoribus: aduocatis ꝛ notarijs: medicis: philosophis. Artiuz liberalium professoribus. Insuper mercatoribꝰ nuntijs ꝛ tabellarijs pernecessarium.



¶ Ingenij liberalium Artium Cultoris Fran
cisci Angeli domini Augustini Pisau-
rensis filij ad lectorem Endecas.

Num miraberis o diserte lector?
Quum perlegeris hunc nouum Libellum
Nulla cui similem vedere Secla
Habendum magis Onice & Smaragdo.
Nam quum labilis & nimis caduca
Mens ad instar Aque fluentis extet.
Tot erroribus hic Opem rependit
Per breues Methodos iuuando mentem
Quem si callueris/tenebis omnem
Quam voles facili modo Mineruam
Emas hoc igitur sacrum Volumen
Kyrspensis vigili Manu expolitum.

¶ Hieronymus de alijs Artium & Medi
cine doctor ad lectorem.

Qui memorē q̄ris multorum reddere mentem.
Quorum nature vis meminisse negat
Hūc eme q methodo mōstrat tibi cūcta libellū
Per que letheas tu superabis aquas
Quid locus & menti qd prestet imago tenaci
Hic docet/vt condas pectore queq3 tuo
Sed meritas Rōberch debes psoluere grates
Aedidit egregium qui tibi lector opus.

¶ Jo. Aloysi9 Triui. mēorie cupido lectori. S.

Quo memor esse breui possis charissime lector
Hinc disces/cordi si tibi cura/modum
Est reminiscendi vis rerum maxima custos
Qua disciplina est multa paranda tibi
Hac sine qd profit studium? longiq3 labores?
Dēpta hac nil studium: nil iuuat ingeniū:
Si memor esse velis igiť: que munera danť
Sume: quibus discas cūcta tenere locis.

¶ Reverendissimo in Christo patri ac domino Do. Dominico Grimano Episcopo Portuen. S. Ro. E. Cardi. S. Marci ac Patriarche Aquilegie: frater Joan. Romberch de Kyrspe Professionis predicatorie: perpetuam felicitatem atq; memoriam eternam.



Ubtigit Reverendissime Domine Quinto Fabio Maximo singularis laus: q ingenti quadam fuerit noticia atq; memoria vetustatis. Et immensus fertur Lucij honor incredibili eum memoria preditum. Julij Cesaris memoria qua tam tenaci vigebat q nihil preter iniurias obliuisceret ex priscoꝝ Cronicis ingẽti laude resumitur. Quid Lucij Anei Senece preclarius meminisse q̃ vberrimã memoriã: q̃ facile duo millia nõiuz recitata eodẽ ordine: artificiose reddidit. Atq; ducentorum discipulorum quos singuli dixere singulos versus ordine retrogrado recitauit. Luculus Lucius Imperator & amplissimus philosophꝰ ea rerum memoria mirum immodum pollebat: que precipuis debeatur laudum titulis: In ea quam verborum aiunt Hortẽsius vnus omnium plus viguit. Legimus Cyneam legatum a Pyrrho dum Romam mitteretur: postea ingressionis die Senatus patres: singulos ppriis nominibus salutasse: Sic Mitridatem duaꝝ & vigĩti gẽtiũ impij sui diuersas nouisse liguas aiunt: adeo quidem vt cuiq; petenti iura patrio redderet sermone. Cyrus deniq; persaꝝ rex exercitus sui (quanq̃ magni) singuloꝝ mi

lirum nomina meminisse pro eius gloria apud veteres diuulgatur. Carneades in grecia: que/uis sibi oblata volumina in moré legentis memoriter recitauit diuina quadam memorie fecunditate. Aneus Seneca fert Latroné Por/tium memoria pro libris semper vsum: uã que semel didicisset perpetuo hesitura illi perma/nebant. Atqui id eis duntaxat vel perpaucis aliis peculiare erat: Caducea siquidez multis passionibus subiecta: et vndequaqz desectibi/lis hominuz generi innascitur memoria: Que nisi arte fuerit adiuta mox perexigua defati/scit in pauculis: Quare ipsam pleriqz medicinis et nonnullis ex Symonidis inuentione lo/cis et imaginibꝰ reuelare moliti diuersa diuer/sis ingeniis media excogitarunt. Inter q̃s Se/neca/Tullius/Quintilianus/ Stephanus de Lauro/Franciscus Petrarcha/ Mateolꝰ Ve/ronensis/Jacobus Publicius/ Insuper/ Pe/trus Rauennas legum doctor/Joannes Sur/gant/Joan. Roechlin/Georgius Resch/ Ge/orgius Sibuti precipui sunt quos viderim et q̃zplures aliorum libros de hac arte impressos legerim. Sunt quoqz nõnulli qui tam et si per/petua vigerent memoria et eius cõfirmande ꝑ/ceptiones in editiunculis suis absque nomine suo tradiderint: Qui et si perhennem neglexe/re memoriam nominis sui immemores: Nõ ꝑ/pterea salubrem eorum aspernatus eruditioné quicquid consentaneum huic rei excogitarũt simul tum aliorum preceptionibus: pro impor/tuna amicissimi mei. Do. Joan. Greuẽbroch artium philosophie ac medicinarum expertis/

Ex his quoq3 perspicuū est/ q̄3 facile imagines que partim cū re voce ꝑsona ꝯueniāt: ptim reipsa fabricare possimus siue complexe sint/siue simplices: vt si pro asino posuero Antoniū qui ⁊ si morib⁹ asini difformis sit artū voce prime syllabe symbolicant: ⁊ nihilominus saltē aliqua proprietate: Complexorum est exemplu3: vt pro

hac oratione Joannes scribit: summatur aliqs scribens cui hoc nomen sit: ꝛ cõuenientia erit nois ꝛ gestus corporis ab actu sumpta. Et plures ꝓpositiones ab vna ꝑsona diuersos simul exercente actus summere poterimus: vt de illo dicitur qui ꝛ simul potum cibumqꝫ ingessit ꝛ egessit manu phelem propellens/ore ridens/ oculis conniuens pedibus ambulans: omnes siquidem iste ꝓpositiones: Joannes comedit: Joã. bibit: Joan. mingit: Joã. (salua honestate) merdat: Joã. catum percutit: Joan. ridet. Joã. oculis annuit ꝛ Joã. ambulat: vnica imagine representant: Joco accipias hanc imaginem: sicuti ꝛ simul missam audientis cunas infantis mouẽtis/debitũ matrimonij ꝑsoluẽtis: famulũqꝫ excitãtis: hec hactenus. Ex pluribꝰ actibus vna imago plures representare ꝓpositiones nobis vsitatissimum sit quatenus superfluitas vitet. Si qñ mi Joannes seria locis ꝑmisceamus nõ insimules huiuscemodi meã dedecere ꝓfessionem: cum omnia munda mundis: Et harpiarum colluuies non cuiusqꝫ desedẽt mẽsam. Ad alia stilum extendimus.

¶ Tractatus Quartus de applicatione artis ad partes subiectiuas eius.

¶ De applicatione locoꝝ ꝛ imaginum ad res nãles: artificiales ꝛ mixtas. Capl'm primũ.

Amplius dilucidãtes instituta: tũc arbitramur locos nr̃os optime applicatos: si penes ꝓceptionem superiorem fabricati: rite suo ordine ad memorabile referant: quatenus videlꝫ imagines siue reꝝ memorandaꝝ abstracte spẽs ipsis quo ꝓnũciãde veniũt res ordine:

cōmittant nr̄a cogitatione. Sed vt imagines quantū exigit applicentur: necessum est cuiqz niāe suas facere ipsasqz serie q̄dā locis cōmittere. Nam iter cetera que. b. Thomas memoriā adiuuātia cōmemorat/in dilutione sectide obiectionis p̄mi arti. q. 49. scd̄e scd̄e. primū est inqt vt eoꝝ que vult memorari q̄sdaꝫ similitudines assumat ꝯuenientes: Aduerte itaqꝫ duplices esse huius artis subiectiuas ptes. Materia siqdem imaginabilis aut simpliciū est aut cōplexoꝝ vt supra meminimus: Simplex autem qūlibet vel itellectu dūtaxat pceptibile cuiusmodi sunt sb̄e abstracte/Deus/angelus/demon. Aīa/spūsqꝫ beati: vel sensui pꝫ Inuisa ꝑprias nobis nō efferūt imagines: sed ꝯiectura q̄dam ⁊ libera cogitatione sumendū nobis est quo rep̄sentent. Dei qppe imaginē varie fabricamus: vt si aliquē nouerimus ac ꝓ diuino habitū: aut imaginabimur quēpiā corona regali: aut trigonia imꝑiali vel diademate coronatū: q dextera tridentem manuqꝫ leua spheraꝫ māle vniuersi figuraꝫ gestat: isqꝫ deū nobis rep̄sentabit. Insup iscriptione/fictione/trāsumptione/cōparatione/atqꝫ modis aliꝭs ei⁹ imaginē fingemus: sicut ⁊ ceteꝛ sb̄aꝛ separatarū. Possumus nihilominus hmōi iuisas sb̄as ponere ex laruatis illis hoīb⁹: quos eoꝝ figuras/gestus/⁊ actus/in ludis comicis/in tragedꝭs/ac theatris/⁊ qūolibet aliter cōspeximus rep̄sentare: Indiuidua attn̄ horum recte locauerimus: hoīes cū noībus eoꝝ symbaliçātes sumēdo: Ac ꝓ sctō Michaele aliquē eo noīe notum accepo: Ita p. b. Petro aliū cui Petrus no/

s. Thomas.

Imagines abstractaꝝ rerum.

men claues manu tenẽtem: ꝑ paulo paulũ gladio accinctũ ⁊ ita deinceps. Ubi ãt hmói abessent alias opꝫ substituere: vt ꝑ Sathã: sartorẽ manu dẽtem tenẽs ponaẽ. Sic ꝑ beelzebuc: belã noie mulierẽ q̃ pellicio hyrcũ iduat: vel scriptione fictione/aut trãsumptione. Sẽsiles ãt res q̃ vita funguntẽ specifica aliq̃ denoiatione locamus: vt ꝑ hoie: aliquez in quo nil penitus ꝑter nãm specificã nobis pñteẽ. Ita ꝑ viro virũ ꝑ muliere mulierẽ: sexũ dũtaxat discernẽs. Cões attñ hmói substãtie viue aliqd opantes imaginari opꝫ: Singulares autem res pñt p se imaginari: aut p siĺitudinẽ vt ꝑ petro petruz: aut p instr̃m vt petrus p clauẽ paulus p ensez p calicẽ Joã. Aut p isignia vt Joã. p Aqlam ⁊ Matthe⁹ p bouẽ/Mar. p leonẽ. Insup ex opatione vt aliqs petrã mouẽs pro petro locetur. Poterũt nihilominus tam cões q̃z singulares substãtie ⁊ viue ⁊ inaĩate/fictione/iscriptiõe/ l̃raꝝ ⁊ syllabaꝝ cõpõne: imagines accipe: qđ vltimũ est refugiũ vbi alie nõ suffraganẽ. Itidez p oĩa de qbuscũqꝫ aĩalium noĩbus tam in gñe q̃z in specie simul ⁊ singularibus obserueẽ: vt ꝑ hoc noie animal aliqd solius nãe ꝯsideratione afferens ponaẽ: Et pro equo equus ꝑ leone leo. Sed pro brunello grisello ⁊ hmói equũ vel asinũ illius noĩs aut iuxta normas iam ꝑlibatas. Entia autẽ pure mãlia: que a sola natura sint absoluta suis indiuiduis ꝓpriuni afferunt imaginem: Nam pro pyro sufficiet eam arborez loco adaptare: ⁊ ita reliquoꝝ que obtutui patent. Inuisa aũt vel ignota cuiusmodi sunt corpora celestia vtpote Saturnus / Jupiter/

Substãtie sensiles.

Mars/Sol/Mercurius/Venus/ꝛ Luna/ponant̃ p characteres qbꝰ ea designãt astronomi: vt ♄ ĩ manu hoĩs sigñat mihi Saturnũ/ ♃ Iouẽ/ ♂ Martẽ/ ☉ Solẽ/ ♀ Venerẽ/ ☿ Mercuriũ: ꝛ ☽ Lunã. Ita q̃q₃ ꝑ signis circuli çodiaci suos accipio characteres vt ꝑ Ariete /ꝑ thauro /Itẽ Gemini/ ♋ cãcer: /Leo/ Virgo/ Libra/ Scorpiꝰ: Sagittariꝰ Cap̃. Aq̃riꝰ: Pisces. Silr̃ pro aspectibꝰ celestibꝰ hos characteres: ꝯiunctio ✱ Sextilis/ trinus q̃rtus ☍ oppõ: Itẽ caput: cauda draconis itidẽ de pluribꝰ Vel imaginemur ea suis figuris q̃s pictores effingũt. Ars qppe pictoꝝ si nobis familiaris fuerit facilior erit fingẽdi libertas: vt annũciatio dñica eius effigiebus satis mihi repñtat̃: ante nãq₃ aliquot annos ꝑdicaturus in Molbez hoc euãgeliũ Luce ꝑ̃ Missus est angelus gabriel a deo ꝛc. visus sum pictura q̃dam mãli: quã vsq₃ mõ clare intueor in loco vbi illud euãgeliũ deposui: Itidẽ quoq₃ nonnũq̃₃ in ceteris nõ abhorreo: eaꝝ potissimũ figuraꝝ que ꝛ delectãt ꝛ exinde memoriã excitãt: huic rei ꝓducũt libri cũ effigiebꝰ q̃ũo ferme oẽs mõ ĩprimunt̃: Ita ẽt ex parietibꝰ dñice passiõis ꝛ scõꝝ historias desumere liceret: nõ tñ vt authoritas nimia pictoribꝰ tribuat̃: nisi q̃tenꝰ ꝯsonum veritati historie effinxerũt. Non q̃ũo plebanus ꝑdicãs passionẽ ex sola pictura inq̃t populo: Videte nõ opus est nobis libris ꝛ studio: vos ipse cernitis q̃ũo illũ miseꝝ Iesum vexant: solã picturã manu indicẽs. Sed velim si hmõi figure ꝯferre videant̃: eas pro representatis in locis ĩgenio nr̃o fabricatis penes nr̃am

artem collocemus: ꝛ hoc quidem quatenus ar te iuuemur: qñ nr̃am diligentiam adhibemus: ꝛ differẽtia dissimilitudo/ ꝛ interlucẽtia/ at reliqua locoꝝ debita qualitas memorie adminiculetur: qđ minime ꝯtingeret dum ex sola reali mãliqȝ pictura rem imbibere tentauerim⁹. Solẽnis enimuero qdam pictor magister Benedictus pro ꝯfirmatione artis nostre nonnullas effinxit imagines: quibus viginti carmina memoriter recitaret. Expimento didici hanc ei adminiculari industriam: vbi tñ charta madnisset obliuio versuũ oculos incusaret. Non enĩ ad loca deposuerat alia q̃ȝ in charta: sine qua nõ aliter deprõpsit q̃ȝ berta psalteriũ. Sȝ vt periodũ non transeam reuertor ad corpora celestia que per proprietates meminisse possumus: vt pro Saturno aliquem viꝝ/ senem malitiosum nobis notũ imaginemur: pro Marte bellicosum: pro Sole illustrẽ: pro Venere mulierem luxuriosam: pro luna instabilem: Pro his similibusqȝ librum fulgentij de ornatu mũdi legisse proderit: ꝛ eos qui naturas deoꝛuȝ describunt: Atqȝ recensentes qũo quibusue figuris veteres deos suos depingebant Joannes item Boccatius de natura deorum gentilium hmõi imaginum descriptionibus plenus est: Et qcunqȝ sit bonus poeta ꝛ qui pingẽdi calleret artem hoc munere leuius fungeretur: ob constituendi simulachra ꝛ memorãdorum effictionis ꝓ̃ptitudinem: Ceteꝝ ꝛ pro planetis ꝛ pro signis circuli obliqui potissimuȝ Joãnis Iginij ĩ poetice sua astronomica imagines aptissime sũt: si viuas ipas eẽ imaginemur: Po-

terimus quoqꝫ pro aialibus illis celestibꝰ acci
pere illoꝝ similia ex nobis ꝯsuetis: vt pro thau
ro thauꝝ: ⁊ ariete arietē: itaqꝫ deinceps. Ap
pellatiua itaqꝫ noia substantiaꝝ: vt iam dixi/
mus ponanẗ suis imaginibus q̄s secum ferūt:
vt pro pyro pyꝝ: pro pomo pomū: fructum vi/
delꝫ pro fructu/ ⁊ pro arbore arborē: qđ in oi/
bus obseruetẗ: nisi q̄ vel cū ipsis aliqd operemur:
aut qppiam circa ea fieri ꝑcedamus. Si qdem
maiores nā sint q̄ȝ nr̄is locis comperant: neqꝫ
ps poni valeat sicut in homogenijs cuiusmo/
di sunt terra/ aqua/ aer/ ignis (quoꝝ pars lo/
cata sufficit) adinstar substantiaꝝ nobis iuisa
rū imagines fiant: vt pro celo: aliquem q ꝯrem
pleẗ ipsum vt astronomus vel aliam ꝯgruentē
imaginē: aut inscriptione ⁊ ceteris modis me
taphoricis: qđ de oibus applicatiuis cōiter ob
seruandū est: Notas āt nationes ⁊ gēres p sua
arma ⁊ ꝑsonaꝝ insignia collocabimus: Igno/
tas aūt per infr̄a vt supius dictū est. Sicut ēt
hoies ignotos per īsignia: notoꝝ vero aliquē
pro pluribus vnū vt pro oibus coloniensibus
vnum dūtaxat ex colonia posuisse sat erit: Iti/
dē de patrijs regnis ⁊ locis: nota eni p infr̄a:
ignota vero p insignia collocanda sunt: Arti/
ficiales res si loco nō ꝓportionenẗ per eoꝝ arti
fices memorari poterūt: nam causa effectuꝫ re
fert ⁊ iridē effectus causaꝫ. Et ob id res mino/
res cuiusmodi sunt tunica toga pileus calceus
⁊ seipsis ⁊ cū artifice poni poterūt. ¶ De acci/
dētibus āt hoc tenēdū: qm̄ doctor noster cōis:
in de ente ⁊ essentia: inqt ea non hr̄e esse per se
absolutū a sb̄cto/ sicut ergo accn̄s nō ē ens sed

Substā/ tie. Commu nes.

Res ar/ tificiose

Accidē/ tia.

aliquid entis teste Arist. 7. metaphi. ꝛ nō pōt diffiniri nisi per additamentū: hoc est ꝑ sbctuȝ qđ est extrinsecum additati ipsius accn̄tis: ita quoqȝ eius memoriā ex arte nō possumus hr̄e: nisi in sbcto cōsiderati. Et hoc qdem sat erit si pro accidente quolibet subiectū in quo ꝑ excellentiā comperit accipiamus: eo nāqȝ memorato difficile foret accn̄s ignorare illi ꝓpriuȝ. Ut ergo libuerit. Simitatis meminisse ponat aliqs curui nasi: ꝛ ex diffinitiōe hoc accn̄s affert: ita pro crispitudine aliquē regirantes hn̄tem capillos ponamus. Et pro Sapiētia aliquem qui ea ꝑpoleat: pro albedine Cretā niuem Cignuȝ: nitrū: Item ꝑ nigredine coruū vel ethyopem picem carbonē pro magnitudine: gigantem. Siue nāqȝ accn̄tia in aīa sint: vt habitus intellectuales passiones potentie ꝛ virtutes: siue extra aīam cōsistant vt ceteroꝝ generꝝ/ per sua pn̄t subiecta in qbus potissimum reperiuntur locari: Possimus quoqȝ ex noībus eoꝝ accidētia memorare penes regulas hactenus expositas: vtpote pro albedine nō subiectum ponas si timeas equocationeȝ ac vnū pro reliquo locatū fuerit: scilicet subiectum nō pro accn̄te sed pro re ipsa: vtpote non cogitē de albedine/ niuem cōmemorans sed niuem ipsam absolute vt res est nō vt subiectum albedis: tunc siqdeȝ Juxta regulas imagū vocalium ꝛ etiā modos metaphoricos imaginanda forent accidentia. De positione siqdem accidentiū supra in cap. 18. trac. 3. de accn̄te ꝛ ꝓprio abūde diximus in fine: ꝛ voce loquela/ inscriptione/ fictione/ transumptione/ ceterisqȝ aliјs modis eaꝝ recorda/

mur. Uerum dignitates officia ⁊ si qua id ge/
nus accidentia instrīs insignijs ⁊ alijs modis
locabimus vt papa p Tyaram notarius p pu/
gillarē ⁊ ita deinceps vt supra. tract. 3. cap. 17.
Corpo/ra mix. Insuper passiones per notationē: p cāntifictio
nē: ⁊ corporis motus: ac pene īfinitis alijs mo/
dis suas nanciscunt imagines Hec de simplici
bus tam substantijs q̄z accidentibus. Uerum
si qppiam cōpositi mixtiue memorādūz fuerit
cuiusmodi sunit chymera hyrcocerus: si seipso
aut comoda similitudine poni nequeat saltem
resolutione partium ponatur.

¶De imaginū applicatione ad dictiones in/
tentionales ⁊ reales. Capitulū secundum.

QUoniam ex rebus facilius huius negotij
mōstra excrescūt: q̄z formari possint vocū
imagines p̄cipue secūdas ītētiones sign̄antiū:
⁊ ignotaꝝ: Igitur in sciētijs realibus leuior est
memorādi modus: Attn̄ qd̓ ad opis pfectionē
spectat sūmo re enitendū est: q̄tenus in vtrisq̄z
eque valeamus. Uoces aūt memorabiles: vel
lr̄e sūt vel syllabe vel simplices termini aut ex
ipsis cōplexe orationes. Pro lr̄is saltē latinis
supius alphabetum fabricauimus: sic̄r ⁊ p syl/
labis qd̓ mirum immoduz cōducet in incogni
tis/ ⁊ barbaris/ ⁊ nō significatiuis/ etiam si la/
tine sunt veluti sunt interiectiones ⁊ piunctio
nes. Incognitas siquidem voces ⁊ grecas he/
braicas ⁊ barbaras ex his' cōponimus vbi alie
imagines nō supperant vt supra p̄libauimus.
Si quippe hanc hebraicā dictionem patha po
suisse iuuat: imaginabimur paulum pro/ pa/ ⁊
tabulam in manu eius pro tha. Pōt quippe

eadem esse littera: ⁊ diuersa sententia: vt etiã si pro aduerbio illo/quõdam/posuero hoc verbum/condã/faciliter quoqȝ vt author est Publicius ⁊ experientia docet: lrarum adiunctione cõminutione ⁊ detractione memoria excitat. Cum itaqȝ oĩs dictio nobis ignota (cuius modi forsan sunt grece hebraice ⁊ queuis alie barbare) collocanda foret: quarum similia nõ habemus vt bosdrab zorobabel ⁊ id genus reliq: pro ipsis alias dictiones fabricabimus: aut per inscriptionem: aut inicia dictionũ: aut per dictiones syllabicis nr̃is imaginibus ↄflatas. Bipharia enim vero Stephanus de lauro ignotas cẽset locãdas vt vel per siĩitudinẽ aliquam in voce saltẽ earum imagines fabricemus: vel diuidentes ignotã in syllabas pro qualibet imago fiat cuius prima syllaba eã insinuet. Cognitas aũt dictiones ꝓprias per eas res ponimus q̃s significant vt pro dictione Petrus: hoĩem qui petrus vocetur: vel per insignia personarum vt pro petro clauẽ: pro paulo gladiũ: pro Ioã. calicem: Andrea crucẽ Jacobo galateraȝ: pro Katherina rotã: Barbara turrim ⁊ huiusmodi alijs: Appellatiua aũt noĩa ab officiosis hominibus accipimus: vt pro hac dictione papa imperator rex ⁊ huiusmodi eos hoĩes qui talibus funguntur dignitatibus vel officijs si noti sint: alioquin per ĩsignia aut instra: alijsue modis metaphoricis. Termini quoqȝ accidentales per sua nobis patescunt subiecta: vt de realibus diximus imaginibus: quatenus in his pene idem modus sit) vt rei ⁊ noĩs rem ipsam significãtis eadẽ ferme fit imago. Ita suplatiuus

Jacobo Publi.
Locatio dictio/nũ ignotarum.

ponitur per positiuum suum sufficienter ꝛ cõ/paratiuum: pro deriuatiuis deniqꝫ sat erit pri marius locasse: Uerba āt per imaginū opatio/nes exprimuntur: qꝛ si actus semper nõ cõmo/de ponat̄ vt cursus saltus ꝛ huiusmodi denote mur per subiecta: vt partes ꝛ mot⁹ hoīs. Insu per vt de notatione docuimus: Aduerbia aūt ꝑpositiones ꝯiunctiones ꝛ interiectiones vel sono vocis lr̄arum syllabarūue combinatione vel inscriptione ꝛ alijs modis q̄bus dictiones nõ significatiue memorant̄ collocande sunt de q̄bus omnibus diffusiora superius sunt exēpla q̄ꝫ hic noua exigant. ¶ Possumus nihilominus huc quedam adijcere vt res clarior fiat vt pro hoc ꝓnomine. Ego Stephanus ponit Egidiū ꝛ Godofredū: iridem est si in manu Geruasij aut Godophredi Ebur ponas: ¶ Pro tu Tade⁹ in manu vrticam hn̄s vel Tubicina tm̄ cuius ꝑma syllaba tu facit sus isopum comedens: vel vnicornu in dextera parte scobā in sinistra āt isopum hn̄s. Nos ex oliuerio in dextra nuces in sinistra scobam gerens: vos aūt si Oliuerius vel Ouidius vel Otto vitrū vel vrticaꝫ in vna in altera vero manu scutellam vel scopam te/neat: Mihi faciunt Michael ꝛ hilarius isopū tenens: ¶ Pro tibi Tyberiū aut Timotheuꝫ vel Tilmanū bilancē in manu portas. Ita pro sibi Simonem: Et his similibus similes dictiones locabis. Ceterum dictiones secundaruꝫ inten tionum ꝛ entis rationis/ꝑcipue logici ac tran scendentium: cuiusmodi sunt Intentio/tran/scendens/vniuersale/abstractum/concretum/predicamentū/ꝑdicabile/predicatū/subiectū/

Memoria sincathegorematum.


subiicibile/vniuocum/equiuocum/analogum/denomi/natiuum. Et item genus/species/differentia/proprium/⁊ accidens/suppositum/attributum/notio. Et item ora/tio/enunciatio/diffinitio/questio/ propositio/premissa/ cóclusio/argumentum/ sillogismus/inductio/enthime/ma: Item dici/per se/dici de omni/dici de nullo: Redu/plicatio: ponũtur per imagines factas ad instar dictio num ignotarũ. Itidem in terminis rhetoricalibus. Si tamen perfectus velis esse in arte ⁊ promptus atqꝫ ido neus in disputationibus ⁊ conferentiis: ⁊ ad audita fa/ciliter incorporanda nil códucibilius q̃ꝫ alphabetis lit terarum ⁊ syllabaꝝ que supra habes tertiũꝫ addere de principiis omnium scientiarũ ⁊ huiusmodi terminis se cunde impositionis ⁊ secundarum intétionuꝫ: ⁊ vt sum marie dicam. Si totum ens in sua latitudine partitus esses in reale ⁊ rationis: ⁊ vtrũqꝫ vsqꝫ ad athomas por/tiũculas: ⁊ cuilibet parti suam imaginem adhibueris: eamqꝫ in armario atqꝫ scrinio memorie reposueris lo/cis videlicet applicatam: quoscũqꝫ edepol in hac arte exercitatos vel superabis vel saltim q̃ꝫ facillime equa/bis copia reꝝ ⁊ imaginũ multitudine: ⁊ ad quecũqꝫ illi co incorporanda etiam audita pre dispositis tamen lo/cis eris proprissimus ⁊ ob id exempli cã moꝝ sbctoꝝ ⁊ entis ꝯsiderationes quantũ satis est adiicimus.

¶De subiectis principiis ⁊ fine omnium scientiarum. Capitulum tertium.

Quamq̃ꝫ diuersi authores phiam diuersimode par tiant: vt apud linconiensem in libro de ortu scien tiarum. Et copiose Angelus Politianus in tractatu cui pane pistemon nomen indidit eam insequãtur Hu/go in didascalon ⁊ alii in aliis locis. Insuper in Peri/archon scientiarum. Et circa phie atqꝫ logices exordia quisqꝫ pro suo arbitratu phie partes sumat. Multiqꝫ

de diuisione scientiarum tractatulos compilauerint in presentiarum attamen vnam e multis accipere libuit quaz exēpligratia quomodo memoriter retineri queat huc attulimus. Tota siquidem philosophiam bipharià scinditur. Aut enī Theorica est siue speculatiua: Aut practica speculatiuam autem dicimus rerum contemplatricem. Et hec quidem vel entis rationis est vel de reali trac. Rationalem autem in grammaticam logicā ꝛ rhetoricam secant: que de sermone congruo/vero ꝛ polito existentes: in vnum tendunt finem apte videlicet loquutionis: vnde ꝛ Triuij nomen sibi asciscūt: quā obrem eas triangulo complexi sumus: in cuius centro. T. eas theoricas esse notificat: inscriptionibus autez costarum subiecta significamus quatenus congrua loquutio: grammatices. Ens rationis logice: ꝛ eloquētia rhetorice sit. Pars autem phie realis rursus in mathematicam phisicam ꝛ metaphisicam partitur mathematica quoqz quadruuiū integrat: quare eas quadrangulo memorandas voluimus. Et quoniam partim speculatiue sunt partim autem ad opus tendunt: obid. T. ꝛ. P. quadrangulo inscripsimus pro earuz qualitatis memoria: Arithmetice subiectum nemo abnuit numerū esse simpliciter sumptum/musice autem si sonorus sit. Ceteruz magnitudo absoluta geometrie. Et circularis astronomie subiectum esse littere costis inscripte monstrant. Phisica quoqz siue naturalis sub quo medicina theorica continetur ab Aristotele in diuersis libris traditur vtpote de phisico auditu/de celo ꝛ mūdo/de generatione ꝛ corruptione: in libris metheororum mineralium/ ꝛ de elementis. Item de anima/de animalibus/ꝛ plantis: Sensu ꝛ sensato memoria ꝛ reminiscentia/Sonno ꝛ vigilia: Iuuentute ꝛ senectute. Insuper de respiratione ꝛ inspiratione. Et in libro de nutrimento ꝛ nutribi/

li/de sanitate ꝛ egritudine: de motu cordis/de morte ꝛ vita. Et si forsan alij sint qui nondum ad nos peruenerunt. Quoniam autem huiusmodi sciencia de natura cōsiderat eam per figurā. N. recordandā voluimus: cuius. T. medium speculationis nota est Ens autē mobile subiectum. Et medicine corpus sanabile: vt littere. N. inscripte significant/metaphisica q: de substantijs abstractis est: que perfectiores sunt atq3 simpliciores ea ꝓpter ab/ O/figura circulari simplicissima siue omnium perfectissima recordamur: si quidem diuinitus inspiratam accipiamus in veteri atq3 nouo traditam testamentis quā theologiam vocant deum pro subiecto habet quod/ D/ ꝛ. T/significatur/ Ea autem quā humana industria nobis conquisiuit ab Aristotele ꝛ Auicenna prima phia sepius nuncupata Ens vt ens est pro obiecto habet: ꝛ hoc ipsū/ E/ ꝛ/ m/ demonstrant: Et quoniam ambe speculatiue sunt qualitatem earum. T. significamus: Practica quoq3 pars philosophie vel actiua est vel factiua: Actiuam Aristoteles in Ethica/ politica/ ꝛ economica tradidit: ab ipso autem monasticam non habemus quā obrem ceteras partes per. M. memorari voluimus. Cuius vna pars ethice subiectum esse summum bonum indicat: Altera rempublicam ciuilem economice / ꝛ tertia politice rēpublicam cōitatis regnorum ꝛ prouinciarum. Et quoniam partim speculatiue sunt ſm nonnullos ꝛ partim practice eas. T. ꝛ. P. significasse placuit Sub his autem Canones ꝛ leges comprehendūtur quare scedulis appendimus. Factiuam partem ex septem artibus mechanicis que sunt lanificium/ armatura/ nauigatio/ agricultura/ venatio/ medicina/ ꝛ theatrica cōplemus in septem arboris folijs vt in subiecta patet figura.


METAPHI
NATVRA
E·M·PH
C·S·M
E·M·
T
D·T·
S·B·E
T
R·CI·ECO
P
RS·O·P
CANONES
LEGES
ACTIVA
MATEMA
N·A
N·S·M
T·P·
M·O·A
M·G
RATIO
REALIS
LANI
ARMA
NAVI
FACTIVA
THEATRI
MEDICI
VENA
AGRI
SPEC
PRAC
A·S·
E·RHE·
T
E·R·T·
L·C·G
HORTVS PHILO SOPHIAE

Huiusmodi phie partes qz pluribus aliis modis memorari poteris: vtpote loca tot particularia fingēdo in quibus eas iuxta pscriptas regulas colloces: vel pprijs modis vel metaphoricis. Expediret attñ pro theologia camerā vnam: pro metaphisica aliā. Et in his tot particulares locos sumere: vt in illis imagines notas collocemus: que vel p actus vel p inscriptionē notationē aut quōlibet aliter repsentet: Pro qlibet nihilominus particulari scīa arborē ad instar huius vniuersalis effingere oportunuz forsan esset: vt in radice sbctum: in ramis pncipia z finē in fructib⁹ collocemus: Qd quo facilius fiat subiecta/pncipia/z finē/cuiusqz sciētie qtenus in p sentiarꝫ occurrit subnectem⁹. Unde pro clariori exēplificatione notatu dignū est quālibet sciam eē habitū intellectualē: z pinde in rerꝫ natura extra intellectū nullā ppriam hr̄e imaginē. Sed veluti supius plibauimus ad instar alioꝝ accñtium vel penes modos metaphoricos collocabimus. Cum itaqz sint qnqz dūtaxat habit⁹ si fidē opinionem z errorē secludamus videlz/sapiētia/intellectus/sciētia/prudētia z ars/vnica per dictionandi artē ponemus imagine videlicet Sispa. imaginari itaqz possis hispanū cōmutata/h/in/s/vt supra dixim⁹ vel Simonem manu panē portare: vel Simonē paulo colloquere autue aliter sese exercitantē. Insup sumendus foret aliqs habitu quopiā notabili amictus cui inscribantur hec dictiones sapiētia/ ifimbria/ intellectus in dextra scientia in mitra capitis/prudētia in finistra/ z artē in altera pte fimbrie: Itē aliter depingas hoiem aliquē metaphisicū z is tibi pro sapientia sit: eo potissimū q vulgatissimū sit metaphisicā esse habitū sapiētialē. Et ipsi digito frontē tāgens sese rei cuiuspiā intellectū hr̄e mōstrabit: z ore aureā teneat massam/que scientie imago erit: insup in finistra fingas serpētē z ille pru/

dentiā notificabit:eius enī ꝓprietas est:deinde/ars/pul
chre locabis si Antoniū fingas causa serpentē velle sub/
trahere. Postmodū si cuiuslibet hoꝝ habituū:pticula/
lare. Artez diuidere in scientialē ꝛ mechanicā ꝛ cuiusli
bet ptes locare itidē facies his similibusqꝫ modis: Aut
imagine Antoniū aliquē siue artistā tibi aliq̄ insignia
nota familiariter cognitū : q hꝫ penes se tabula ad dex
trā in q̄ sint ꝑ agricultura vomer ꝑ venatione rhete/ꝑ
nauigatione remes ꝑ lanificio lana pro fabrili maleus ꝛ
tenella pro medicina instr̄a chyrurchici ꝑ architectura
quo significet̄. Insup possint hec instr̄a ordinari in dex/
tro latere hoīs illius vel ēt vt ordo seruet̄ vomerem in
terra ꝛ desup rhete sup qð remes ꝛ deinde lanā ac reli/
quā penes supponem imaginabit̄ : pro artibꝰ āt libera
libꝰ pariformiter ab alio latere tabellam alphabeti siue
donatū pro grāmatica/pro logica eiꝰ librū ꝑ rhetorica
titulū pro arithmetica ꝑiectiles siue tabulā calculato/
riā pro musica cantiones/ꝑ geometria circinū ꝑ astro/
nomia āt : Astrolabiū siue spherā mālem. Possent ni/
hilominus hac arte colligātie siue ꝑ cathenā authoribꝰ
siue specialibꝰ artiū hmōi sectatoribꝰ poni:vn̄ si intelle/
ctū aut sciētiā diuerso in intellectū grāmaticū logicum
rhetoricū arithmeticū musicū geometricū astronomicū
Ethicū economicū politicū physicū medicū metaphysi
cū ꝛ theologicū/siue in scientiā grāmaticā ꝛ ceteras eis
dē modis locabimus. Qð si deinde quēlibet habitū par
ticulariū per se cōsideremus . Et colligamus singulum
vel artificialē esse vel nālem aut vsualē vt si hāc grāma
tice ptitionē collocare velim sufficiet mihi pter modo
iam recensitos ponere gratianū vel mulierē grāmatice
doctam que in dextra/A/vel artam aut Circinum vel
scalā/vel aucaꝫ aut aliqð alioꝝ teneat que supra lr̄is de
putauimus. Et hoc ipso artificiale denotabit̄ in capite.

A/aut illius littere signa habeat ꝛ in sinistra/E/Insu/
per arte dictionandi fingas. Anu.i.mulierē antiquā ꝛ
eius littere videlꝫ/A/n/ꝛ/v/idem repſentabunt. Qđ si
postmodū descendas ad grāmaticā siue logicaꝫ aut ali/
quā aliarūꝫ ꝛ cōperias eam quadrupliciter accipi huiuſ
modiqꝫ diuisionis mēbra locare velis:imaginare tm̄.4.
imagines quattuor principalium dictionum.ſ. cogni/
tio deductio/ iudicatio/ꝛ loquutio: Et his imaginibus
visis mox incidet grāmatica artificialis pmo modo est
habitus euidēter cognoscendi conclusiones grāmatica
les p principia grāmaticalia/deinde ꝙ scđo modo acce
pta est habit⁹ deducēdi ꝯclusiones ex pncipijs grāmati/
calib⁹/ꝛ post hoc ꝙ tertio modo est habitus de vniuscu/
iusqꝫ ꝯgrue loquutionis rectitudine:Et postremo ꝙ q̄r
to mō accipit pro habitu prōpte ꝛ artificiose loquēdi ſꝫ
veras regulas grāmaticales:pro qbus oib⁹ sufficiet vnā
feminam grāmatice doctam aut ēt pceptorem aliqueꝫ
huius artis qui in dextra cornu aut Rabatuꝫ vel aliud
pro/c/littere teneat. In humero vero dextro siue etiam
in vlna illius bracchij caput thauri vel scaphiuꝫ vel lit/
tere/d/figuras: Pariformiter in alio humero piscem
turrim vel columnam portet. Insuper in sinistra manu
ligonem siue securim. Et ex his quattuor litteris vide/
licet/c/d/i/ꝛ/l/ per tales imagines in corpore gramma/
tice effictis cognitionis deductionis/iudicationis/ꝛ lo
quutionis facile recordaberis:ex quibus deinceps mox
in distinctionis membra deduceris. Si tamen ex sylla/
bis co/de/iu/ꝛ lo/hanc memorationeꝫ censueris statnē
dam eodē ferme modo ab ipsis litteris cōpones. Insup
totas illas dictiones ipsis inscribere posses. Itidem va/
rijs alijs modis. Et ad instar huius exēpli logice rethori
ce. Et cuiuslibet disciplinaꝝ mathematicaꝝ ac cuiusli/
bet partis phie tam moralis q̄ nālis insuper etiā theo/

logie simul cũ prima phie acceptiones varie per analogiam memorari poteris. Quelibet enim earum his quatuor modis accipitur: vt alibi disseruimus. Insuper quũ ois ars et vt gnalius loquar ois habitus intellectualis/ vel est actualis vel habitualis. Itẽ simplex vel compositus. Et cõpositus subpartitus in totalem pro quorum memoria operemur pariformiter ad typum deducti hactenus exemplis: vt si grammaticam recordari velim esse actualem/habitualem/simplicem actualem/vel simplicem habitualem. Item compositam actualem vel compositam habitualem/vel quoqꝫ compositam actualem partialem siue totalem: Siue tandem compositam habitualem partialem vel totalem pro omnibus his mẽbris sufficiet saltem meminisse hec nomina actus habitus/ simplex cõpositum/cõpositum partiale totale/que suis imaginibus in hois alicuius grãmaticã/logicã/rethoricã/arithmeticã/geometriã/astronomiam: aut quamlibet aliã phie partẽ representantis pro nr̃a intẽtione inscribãtur: iuxta proportionem memorationis. Si deniqꝫ de vnitate alicuius habitus itellectualis sermo inciderit: vtpote pcunctat quispiam nũ grãmatica sit sciẽtia vna. Et mox pro cõmoda responsione vnitatis acceptiones afferre velis: sufficiet imaginẽ vnitatis vtpote Kalmickersck in loco deposuisse: et ei iũgere harum dictionũ. Simpliciter/simplicitatis/qđ qd est/et ptinuitatis iungere imagines ab vno latere in altero aũt harum. Non simplr/ pncipans/locus/artificiũ/subiectum/inhesionis/et attributionis/itẽ genus/spẽs/et suppositum: que formande sunt/lr̃is/syllabis/aliisue modis supra recensitis. Et in prõptu habebit tota vnius partitio. Si deniqꝫ qsitũ fuerit de aliq scientia vtrũ cõis sit aut specialis. Et pro responsione/cõitatis modos: memorari velis sat erit ponere hos terminos/pdicatio/applicatio/continentia. Et

quēlibet eorum subdiuidere:vt in tali formula.

nois Continentia
p̄dicatio rei p̄dicatio Specialis
Cōis Applicatio nomine Applicatio
Cōtinētia Re subiecte

Et huius formule imagines poteris alijs lr̄is realibus cōponere in loco deputato. Qđ si aliquā scientiā specificare velis videlʒ exēpli causa. Utrum grāmatica cōmunis aut specialis ars siue scientia sit eius questionis plenum responsionem hac denotabis formula.

p̄dicatione nois
rei
non est nois est
Applicatione nois sb̄cti
Cōtinentia Specialis
Grāmatica noīe Grāmatica
Cōis p̄dicatione re sb̄cti
est rei non est
Applicatione rei sb̄cte

Quod si hanc formulā penes artem nostram memorie velis cōmendare:imaginaberis mulierē aliquā grāmaticaʒ/cuius dextrū latus negationē significet ⁊ sinistrū affirmatiuā ponas:itaqʒ dextris eius p̄dicationis applicationis ⁊ ꝯtinentie imagines:vtpote in genibꝰ pro p̄dicatione picaʒ que in ore teneat/N/⁊/R/siue in vna ale/n/in altera/r/In brachio aūt aquilam que in vna ala.n.in altera/n/⁊/s/In humero vero Cont.imago inscribatur lr̄is nostris. Ex his itaqʒ denotabitur grāmatica nullo istorum modoꝝ esse cōis. Et qꝛ vt edocuimus vnum oppositoꝝ notificat̄ per alteꝝ:⁊ si vnum nō inest alterū inest igit̄:quolibet istoꝝ est specialis ars siue sciētia grāmatica. In sinistro quoqʒ/predicatio ⁊ applicatio ponant̄ vt in hac figura monstratur.


NEGATIO.
AFFIRMATIO.
N.R.S.
GRAMATICA.

Et qd̄ de grāmatica tanquam prima oīum disciplinaꝝ dicimus de reliqs qbuslibet p analogiaꝫ itelligēdū erit: vt tu si q̄s hui⁹ gñis ꝯsideres ptitiones memorie. queas cōmēdare: Pariformiter cuiusqꝫ habit⁹ pncipia media ꝛ fines eē diuersos nō sūt q ambigāt vt grāmatice pnci/pia vel icōplexa ꝛ sūt aut itelligibilia ꝓpinqua siue itel lect⁹ grāmatici obiecta ꝓpinqua/aut remota cuiusmo/di sūt grāmaticaliū pncipioꝝ termini aut remotissima res ipīs terminis signāte vel cōplexa ꝛ sūt ꝓpōnes qbus ꝓprie passiones sbctis i esse demōstrant̄ que pncipia pri ma illi⁹ habit⁹ sciētifici dicunt̄ siue media pbāde ꝯclio/nis. Fines āt cognitio est sbcti illius scie. Et sūt ꝓpinq̄ obiecta. s. remota ꝛ remotissima ꝓpinqua qdē ꝯclones obiecta siue ꝯsiderata ꝓpinq̄ remota hoꝝ termini. Re/motissima res p hmōi terminos signāre. Sꝫ qm̄ hec alte rius speculationis sūt sat erit p hmōi memoria posuisse hos terminos ꝯclusio termin⁹ res vt pro itelligibili grā maticali ꝓpinquo remoto ꝛ remotissimo grāmaticaꝫ q̄ portet aureū pomū in dextra quo caput tāgat ꝛ in capi te habeat picē qua maculet hmōi pomū sinistra aūt for/cib⁹ tōdat capillos. Jta pro Scibili grāmaticali ponas in eius artub⁹. Cōclusio termin⁹ ꝛ res itidē de logica re thorica ꝛ reliqs mathematicis disciplinis ꝛ q̄libet phie parte intelligim⁹. Silr̄ vbi sbctū attributionis posuisse libeat poteris imaginare hoiem qui hmōi: sciam repre/sentet ꝛ sub pedib⁹ eius sbctū in capite finē at p corpo/ris mēbra pncipia illi⁹ scie vt pro theologia ꝯsumatum egregiūqꝫ aliquē theologū qui dei figurā pedib⁹ ꝯculcet hi capite āt cognitionis amationis ꝛ fruitionis imagi/nes gestiat penes pdicta fabricata. Jn mēbris aūt essen tia diuina vita attributa actus forma relatio articuli pcepta ꝛ sacramēta atqꝫ alia hmōi de qb⁹ inteologia: ꝛ itidē in reliqs disciplinis vt subiūcte figure mōstrant.

Theologia

deus

Essentia diuina
vita
attributa
actus cognitio
forma amatio fruitio
Relatio laudatio
articuli
precepta
Sacramenta

Metaphisica

Ens partes passio

Substantia
Accidens Aristoteles
vinum
multa

Sūmum bonum

Moralis

Ethica bonum humanum
politica virtus vitium
voluntarium
Economica inuoluntarium

forma
materia
ius generale
Conuenire
speciale
naturale pax
positiuum
canonicum
ciuile
consuetudinale
Theoricum
practicum
militare
comparatiuum
antiquum
nouum

Jus

Justitia

Deum diligere
honestate viuere
vnicuiqȝ ius suū tribuere

Capitulum Tertium

alimenta
complexiones
humores Nāles
membra
virtus
operatio
species

Etas
color
figura masculus
distantia inter
fruineum

Sanitas Res non nāles

cibus
aer
potus
somnus
vigilia
exercitum
actio
repletio opatio corpo
inanitio (ris sensati
accñtia aie

Cōtra nām

morbus
causa
accidens

Astro

sphera
circulus maior
minor
çodiacus
arcus
quātitas ptinua signum
mobilis
gradus
minutum
secundum
tertium

nomina

virtutum
cogitatio
motuum

Geometria

qua ꝯtinua
immobilis

punctus
linea
angul
figma longi
quantitas
centrũ cognitio lati corpoꝝ
capacitas
longitudo profu
latitudo
profunditas
planum
solidum

Arithmetica

numerus
absolu.

vnitas
numerus
par
impar

articulus
digitus
compositus

Species numeri

species numeri

numeratio
addditio
substractio
mediatio
duplicatio
multiplicatio
diuisio
progressio
radicum extractio

Sũmare
vnitates
quadrato
cubica

musica
altitudo
infinitas
mediocritas
longitudo
breuitas
grossitudo
melodia gracilitas
subtilitas
proportio vocaliū
accētus ꝯsonātiū

apothone
diesis
thonus
dithonus
diatesseron
diapēthe delectatio ī cātū
diapason ꝑ vocū ꝯcordiam
epitritus
emiolius
duplaris
triplaris
quadruplaris
epogdous

Rhetorica
pulchritudo forma
verboꝝ materia
finis

Partes
inuentio
dispositio
locutio motio volūtatis ad (finem
memoria
pronunciatio

Logica
Ens ratio

Terminus
cathegorema
sincathegorica discretio ve/(ritatis;
oratio
propositio

recta loquu/tio.

littera
syllaba
dictio nomē ꝓnomen recto (locutio
oratio
constructio

¶ De diuisione entis in suas ptes: Et de earūdem imaginibus atq; memoria. Capitulū quartum.

Universalē cōstituentes artem opus esse arbitrati sumus circa oīum vniversalissima vsqꝫ ad athomas spēs negotiari idqꝫ ita acritūdum vt totam entis latitudinem cōplexi cuiusqꝫ partis tā simplicis ꝛ incōplexi qꝫ compositi ꝛ cōplexi imagines fabricatas locis cōmittēdas paremus. In qua re non est ꝓpositi nr̄i disputare. Si quid prius sit enti vt nōnulli bonū putant aliȷ̄qꝫ vnū. Neqꝫ an primaria entis partitio sit in ens in actu vel potētia in ens per se ꝛ ꝑ accidens. In ens vnū ꝛ plura. Autue in alios diversos id generis modos. Sꝫ edocere assumpsimus cuiquis divisionis membris quo paucioribus fieri poterit imaginibus memorie cōmendare. Nō ꝓpterea anxȷ̄ sum num ens dividatur.

Ens
- in actu
- potentia

Ens
- vnum
- multum

Ens
- simplex
- compositum

Ens
- In anima
- Extra aīam

Ens
- Quiditativum
- non quiditativum

Id eodē ꝛ hmōi ꝯsiderationes ad intellectū īstituētes spectat. Nos āt in p̄sentiaꝝ solam memoriā roborandā curamus que brevitati gaudet. Siqꝫ igit̄ penes hāc ꝑtitionē entis ꝑtes meminisse velis. Sat erit locasse vnuꝫ anima actus/simplex/q̄dditas. Unū enimvero alterius oppositū indicat. facile igit̄ recordans vnū de multis ꝑ oppositum cogitabis. Et aīa indicabit aliqua in se esse ꝛ alia extra ipsam: Ita actus potētie facier reminisci. Et simplex cōpositi atqꝫ q̄ditas non q̄dditatis pro his quīqꝫ igit̄ dictionibus vnū/aīa/actus simplex/q̄ditas pone imaginē vnitatis. s. kalmickersche ꝛ representabit

vnum. Et in manu eius dextra pone aia p inscriptionē aut alios modos supius recensitos vel anisum: vel anetam/siue anserem que manducet māna/vel papauer/⁊ hmōi: In humero pro actu pone scalam in qua portes saccum thure plenum sed apertum quatenus internosci queat. In sinistro humero ponatur symboluz. Et in manu porcellus peram ore mordens tali modo

Sequitur figura.

Ceterū qui ens in absolutū ⁊ respectiuū / in vnū ⁊ multa/Item in finitum ⁊ in infinitū partiunt pariformiter per analogiā mēbra retinebunt. Si tn̄ cuiqz parti propriam imaginem adaptare velit seorsuz id faciet penes modos quos supra capitulis.14.16.⁊.17.trac.3. tradidimus. In qua re tn̄ sūme necessariū foret ordinem membroꝝ struere ne vel idem pluries frustra repetamus vel minus q̄z oporteat ponat. Poterimus ꝓinde in p̄sentiaꝝ exēpli causa Ens in partes secare hoc modo.

1 Ens
- Reale
- Rationis

2 Rale
- Transcendēs
- p̄dicamētale

3 Transcendes
- Deus
- Creatura
- Operatio
- Unum
- Verum
- Bonum
- Res
- Ad aliquid

4 Predicamentale
- Substantia
- Accidens

Has qppe ptes vel quattuor imaginib⁹ ponem⁹ iuxta normā antea traditā: vt si in primo loco Henricū siue Eberhardum ponamus in manu physice librū in sinistra āt logicā tenentē vel in dextra tenellā qua rotam mediaz voluat vel cācruz capite apprehēdat vel serrā acuet. Et in sinistra forficibus Circinum

diuidat. In scdo loco Regina Renoldus Reynhardus Rechardus siue Rebecca teneat añ pect⁹ physice librũ aptũ in cuius vna pagina sphera celestis sit depicta in altera aũt p inscriptionẽ pdicamẽtale notatũ aut pdicator aliqs ei librũ auferre conet. Ita in tertio loco Tylmanus scalam ascendẽs. Adoret crucifixum in vertice scale appensum creta scribens hec verba opus manum tuaꝝ sum dñe. Et kalmickersche liget ei pedes ad scalã cũ pennis strutionis ⁊ ipsa teneat in capite sportam fabis plenã ⁊ in humero dextro ligamina in sinistro autẽ aqlam lacerantem porcellũ albissimuʒ. In q̃rto deniqʒ loco pdicatorẽ egregiũ pone qui dextra offam ori porrigat ⁊ synistra muscas abigat: Ecce exẽpla ponimus vt addiscẽtes ĩtelligãt. Tu quoqʒ fac simile sic ars deludit arte. Oĩa hec vnica imagine ⁊ in eodem loco nõ est difficile reponere. Sat erit monstrasse viam. Quidam ens reale diuidunt penes hanc formulam.

Ens reale
per se
per accidens

ĩtelligẽtie se esse ⁊ eẽntia
fit vnum
forme

Per se
ẽm naturam suam
ẽm causalitatem

Forme
Substantiales
Accidentales

Scdm naturam
Simplex
Compositum

Compositum
Substantie incorporee
Substantie corporee

Simplex
Deus

Hi quoqʒ imagines applicabunt penes iam tradita.

Possunt nihilominus per artem dictionandi ⁊ colligantiaʒ de quibus supra cap. 13. trac. 3. huiusmodi imagines fieri: Et mille practicandi modis. Si autem prosequi placeat postrema entis membra videlʒ substantie

⁊ accidentis subiungetur hec figurula.

1 Substantia
Incorporea
Corporea
2 Incorporea
Intelligentia
Aia itellectiua
3 Intelligentia
Spirit⁹ beati
Demones
4 Spūs beati
Seraphini
Cherubini
Throni
Dominatiōes
Principatus
Potestates
Uirtutes
Archangeli
Angeli
5 Corporea
Incorruptibil'
Corruptibilis
6 Incorruptibilis
Celū empyreū
primū mobile
Firmamentū
Saturnus
Juppiter
Mars
Sol
Uenus
Mercurius
Luna
7 Corruptibilis
Elementum
Elementatum
8 Elementum
Ignis
Aer
Aqua
Terra
9 Elementatum
Imperfecta
Perfecta
10 Imperfecta
Impressiones
Ignee
Aeree
Aquee
Mixte
11 Aeree
In supma re/
gione
In media
In infima
12 In suprema
Cometes
Colūna pyra/
midalis
Lancea
Cādela accēsa
Assub ascen//
dens
Uel ut scitille
de fornace
Uelut stuppa
accensa
Uelut stella ca/
dens longa
Cādela accen/
dens cande/
lam
Lumē pcedens
in nocte sal/
tu quodam
Stella cadens
solum
Draco volans
Assub qñqȝ ap
parens qñqȝ
non
13 In media
Tonitrua
Fulgura
Coruscationes
Fulminis tela
Grando
Granula
14 In infima
Nubes
Pluuia
Nix
Pruina
Ros
Nebula
Nymbus

15 Terree
Metalla
Sulphur
argentum vi/
uum
lapides
16 Metalla
aurum
argentum
electrum
cuprum
auricalcum
aes
stannum
plumbum
17 Perfecta
vegetabilis
sensibilis
imaginatiua
rationalis
18 Uegetatiua
arbores
herbe
gramina
flores
semina
19 Sensitiua
vermes
musce
talpe
conche
ostree
20 Imaginatiua
terrestre
aquatice
volatilia
ignea
21 Terrestre
oues
boues
equi
leones
lupi
vulpes ⁊c.
22 Aquatice
sturiones
lucij
carpiones ⁊c.
23 Uolatilia
aquila
buffones
corui ⁊c.
24 Ignee
Salamandra.

Huc totam ferme partitionē substātie attulimus, quatenus vel singulaꝝ dictionum singulas imagines facile excogites: aut ꝑ capita .24. huiusmodi partitionis mēbra iuxta prescripta memorie cōmendes: quod vbi feceris diuinam quandam senties celeritatem huiꝰ nostre artis. In paucioribus collocandam locis minime subdubitarē vbi ex studio colligarem: non aūt ex relatione ita. Sed quatenus ad caput reuertamur: accidens proculdubio a plerisq; q̄zplures accepit diuisiones. Aliud eqdem separabile aliud inseparabile: Item aliud in potentia aliud in actu: aliud insup ꝓprium aliud appropriatum. Ut aut ad instituta nr̄a descēdamus cū accidentiū aliud predicabile sit aliud ꝑdicamētale: ⁊ postremuz ꝯtra substantiā opponat̄ tanq̄z ab ea primo diuersum/ Eius mēbris imagines applicanda sunt.

1 Accidens

1 Accidens in est substātie
per intrinsecum
per extrinsecum
2 Per intrinsecum
absolute
respectiue.i.relo.i.ad ali/
3 Absolute qd
per mām.i.quantitas
per formā.i.qualitas
4 Per extrinsecum
agētis ad patiēs.i.actio
patiētis ad agēs passio
mēsuratū ad mensuraz
hñs ad habitū.i.habit⁹
5 Mensura
fluens.i.tps.i.quando
manens.i.locus
6 Locus
absolute vbi
respectiue Situs

Hic numerus distinctio ꝛ sufficientia nouem generꝝ pre dicamentoꝝ accidentalium memorabit/ vel sex imagi/ nibus operatiuis vel singulis membris singulas imagi/ nes applicando ex cap.14.16.ꝛ.17.trac.3. Et quoniam mee imagines aliȷ̄ nō ꝯueniunt nisi forsan per accñs ob id sat erit hactenus exemplis abundasse:ad instar quo/ rū ex nostris ꝓceptis ꝓprias tua virtute excogitare:Nō enim qs curat vt Alberti est snīa in Ethicē ex medici/ ne ꝯtēplationib⁹:neqꝫ virtuosus ex sola virtutū specu/ latione quis efficit:sed quatenus studiosus fiat opus est virtutes praxi opatione ꝛ exercitio explere. Ita quoqꝫ ꝑpetuo ꝯtemplari artem memorandi artifex efficieris ni artē vsu cōpares. Ad singula attñ ꝑdicamēta descen dere forsan nōnihil cōducere vtpote quātitatis specie/ rū sufficiētiā. Similiter q̈litatis ꝛ alioꝝ enumerarem⁹. Sed qꝛ res in lōgū abiret sufficiet tibi ea ex aliȷ̄s nostris scriptis huc afferre si placet. Insuper Harmandus in terminis difficilibus eam rem latius ptractat. Similr Paulus pergulēsis de illis arbores plantauit que non/ dum tñ Ramos expanderunt ad extrema quēadmodū nos deduximus vt pene nihil sit quin sub vmbra earuz latitare fecerimus in medio estu diei. Si tñ exempli cau sa expetas saltem capita tetigisse sint hec.

Quantitas
continua
discreta
Continua
linea
superficies
Corpus
Tempus
Discreta
binarius
ternarius
quaternarius ⁊c.
Qualitas
habitus aut dispositio
nãlis potẽtia vel ipotentia
passio vel passibilis q̃litas
forma ⁊ circa hoc aliqd con/
stans figura.

In memorie scrinio reponunt ad instar hoꝝ que hacre/nus deduximus supuacaneum rati sumus athomas ha rũ species adducere in p̄sentiaꝝ. Ut nãq3 reliq̃ taceamꝰ tot sunt habituũ intellectualiũ moraliũ ⁊ theologicaliũ varietates si eorũ3 subiecta obiecta ⁊ opposita dispicia mus ne pugillo stringi valeant. Sed de his ⁊ similibus legito que ex p̄ma scd̃e ⁊ ex scd̃a scd̃e bti Thome iuxta artem nr̃am collegimus. Atq3 cõpendiũ Ethices eaq3 memorie cõmenda ex p̄ceptis que in his tradidimus. De erroribus etiam oibus ꝯ habitum theologicu3 tam christianoꝝ in hereses plapsoꝝ/q̃ ph̃oꝝ ⁊ grecoꝝ turco/rum saracenoꝝ iudeoꝝ ⁊ ethnicoꝝ collegimus libellum quendam. Oium sciaꝝ placet nobis pertractata cõpen dio strinxisse: que vbi tibi non placeant tu ipse tibi con forme colligas quo. Maxime opus est memoria siquidẽ breuitate gaude. Ens rationis vt ab exordio repetamus difficilius quidem locatu est q secunde intentionis ra3 proprias non habeant imagines q̃3 aliarum disciplina/rum partes: poteris ob id ipsu3 partiri hoc modo ⁊ ima gines idoneas applicare.

1 Ens rationis
Relatio
negatio
priuatio
2 Relatio
Cõsequens ap
prehẽdendi
modum
Excogitata
p intellectũ
3 Excogitata p
intellectũ

proprium
improprium
propriuz logicale
4 Improprium
grāmaticale
Rhetoricale
5 Logicale
Incōplexum
Cōplexum
6 Incōplexum
Transcendētiū
ꝛ p̄dicamen-
torum
p̄dicamentoꝝ
oium simul
p̄dicamentoꝝ
singulorum
7 Trāscēdētiū ꝛ p̄
dicamentoꝝ
Intentio
transcendens
vniuersale
abstractum
concretum
p̄dicamentum
predicabile
predicatum
subiectum
subijcibile
vniuocum
equiuocum
analogum

denoīatiuum
8 Predicamētoꝝ
oium simul
vniuersale re
spectu vl'is
Indifferētis
9 Vniu'le respectu
pticularis
Genus
Species
Differētia
10 Particulare re
spectu vl'is
ad nām cōem
pticulare
ad nām cōem
ꝛ accn̄s vel
ꝓprietates:
singulare ꝛ
indiuiduū
11 Indifferentis
Accidens
proprium
12 Predicamētoꝝ
singulariū
sb'rie.i.suppo-
situm
q̄litatis.i.at-
tributum
relationis.i.
notio
13 Complexum

cōditio com-
plexi
complexum
14 Complexum
sine discursu
cum discursu
15 Sine discursu
oratio
enunciatio
questio
p̄missa ↄclusio
16 Enunciatio
cathegorica
hypothetica
17 Cum discursu
perfectum
imperfectum
18 Perfectum
syllogismus
formalis
dyalecticus
sophisticus
necessarius
19 Imperfectum
enthimema
exemplum
inductio
20 Cōditio ↄplexi
dici per se
dici de omni
dici de nullo
reduplicatio

Hoꝝ imagines fac iuxta p̄determinata penes nūeroꝝ

capita ⁊ viginti cōplecteris: que vel in viginti locis vel in decē vel ēt in qnqꝫ locare poteris: vbi mente hereāt que vitatione multiplicitatis locoꝝ precepimus. Entis rhetoricalis simul ⁊ grammaticalis diuisiones si nostra opera inspexeris latissimas comperies.

¶ De applicatione artis ad sentētias diuersimode acceptas. Capitulum quintum.

Complexarū vocum imagines quas sniarum dicimus memoratiue magis apte sunt: id enim precepimus in supiorib⁹ ne ociosa sint simulachra. Siqꝫ igitur qppiam operenť aut repatianť ab altero: exacte integrā poterunt sniam representare: hmōi aūt absqꝫ difficultate ꝓculdubio excogitabimus qn̄quidem a simplicibus satis agnitis ad cōpositiora facilior sit aditus. Ex notis ꝑinde q̄ꝫplurib⁹ terminis veluti ocius oratio cōflatur: etiā ab imaginibus singularibus ꝓpositiones cōstituemus. Et ita qdem vt imago apte loco mancipata breuiuscule totam euacuet sniam. Cui plurimuꝫ adminiculantur colligantia cathena: Ars dictionandi ac ceteri quos supra recensuimus modi. Quāobrem cauendum ne supuacaneis exaggeremus idolis copiā inanē: vt singula nitamur verba reponere: qd̄ plus habet oneris q̄ꝫ frugis. In compositis siquidem virtus nālis magis memorie admiscetur: q̄ꝫ in simplicibus in qua ars iuuat retētionis notam: Atqui vt rem suo ordine aptius explicemus: memoria mercatur virtutem a nāli industria: Simplicium enimuero imago mox rem memorandam indicat: hinc fallunť mehercle arbitrantes hoc instituto meminisse queqꝫ absqꝫ nāli memoria posse: Qn̄quidem ars dumtaxat natura ministra eius fundamenta stabilit ⁊ illius deficientiaꝫ supplet. Cū itaqꝫ frugem assequemur huius industrie si theorica in praxim retracta fuerit atqꝫ ꝑceptiones vsu ⁊ exercitio cō-

probentur operepreciũ est vt in cópositis: generalia do/cumenta addantur singularibus que nosse cupimus vt de simplicibus copiose iam determinauimus ex qbus hecce clariora erunt. Omnis quippe oratio ex simplici/cibus cõstruitur: vnde qui terminoꝝ nouerit imagines optatius composita collocabit. In qua re particulariꝰ paululũ tetigisse iuuabit. Omnis autem Oratio aut so/luta est ꝛ prosa aut carmen metrum siue versus. Solu/tam aũt partiuntur in ꝓpositionez auctoritatem argu/mẽta historias ꝯtiones collationes vel sermones ad po/pulũ: Propositio vero ois vel questionis nota ponitur vel ex premissis deducta. Argumẽtatio ois syllogismo enthimemate inductione vel exẽplo perficietur.

¶ De memoria orationum siue propositionum.
Capitulum sextum.

OMnis aũt oratio ꝓpositio vel auctoritas qñ sim/plex est: quatenus huc attinet ex significatiuis cõ flatur terminis: quoꝝ vnio vnum aliqd totuz efficit si/gnificatũ: qd eiꝰ noiamus obiectũ. Et hoc ipm obiecta/le. s. principium orationis ꝓpositionis vel auctoritatis sat erit posuisse. Ex signato quippe signum noscet: ꝛ rur sus signo res signata mõstrat: sicut ꝛ reliqua que sua re latione sese mutuo indicant. In oi ꝓinde oratione aut simplici nudaqꝫ ꝓpositione que ex nomine ꝛ verbo sal/tem ꝯflatur si integra sit (qd dicunt ex subiecto ꝛ ꝑdi/cato) ponẽtes subiectũ ipsum aliqd agere vel pati aut circa se fieri mox illo actu ꝑdicatum ꝯstituet: taliqꝫ mo tu ꝑfecte absoluetur oratio vel ꝓpositio: preter determi nationez que per syncathegorematа fit: sed hec facile oc current huc relata. Si quippe pro hac oratione seu pro/positione: Joannes scribit bene: imaginer. Amicũ Joã nem qui scribit: ex ꝯsideratione scripture sue qualitas actus representabitur. Si quippe scripturam concesse/

ro bonam necesse est admittere hāc Joānes scribit bñ. In extēsis āt ꝓpōnibus opꝫ cetera que ad rem pncipa/lem de qua obiectaliter sunt referre vt in hac ꝓpōne. Itali dant bona verba: sed nec factis verba pbāt. Po/nas Thomā Italum qui abste petijt sūmis instātijs ar/tem memoratiuā edoceri: sꝫ nō erat soluendo: vñ argue re poteras: Qui leuiter spondet non multū soluere cu/rat: Cui si addas scire volūt oēs merdeꝫ soluere nemo: facile recogitabis hanc vlem. Itali dant bona verba sꝫ nec factis verba pbant: Que ꝓpositio satis exprimet si Thomā infidū multa pmittentem ex vacuo marsupio colloces in loco tuo cū lingua aurea: quā manu coinqui nata sed retracta atqꝫ adūca polluat. Poteris pene īfi nitis id genus modis eandē ꝓpōnem ponere: vt si duo ꝯstituant Itali in loco qui chartā in manu teneant in qua scriptū sit: p q̄sti sancta dei euangelia eo pmitto te darle: ⁊ hāc chartā alteri porrigāt: sed ille sit Theutoni cus sciens italo iurāti minus credēdū q̄ꝫ si nudo verbo pmittant: Ubi hmōi figuras inspexeris facile recorda/ris huius ꝓpōnis Itali dant bona ⁊c. Iteꝫ ponas duos italos qui polliceant multis psuasionibus ex luto aurū extrahere: ⁊ ponas añ eos instrā sua alchimica: ⁊ vbi sci ueris eos icassum laborare ⁊ sola spe viuere: videns bo/tiā cū Mercurio ad ignem eosqꝫ multū circa artē labo rare: mox dices itali isti aureos pmittūt montes sꝫ erit ridiculus mus. Quod si ex verbis hāc ꝓpōnem colloca re malueris pone Joānē italicū in manu dextera fabas hñtem quasi largiturus Vergilio quē eas recipientem leuat pcutiat: Eadeꝫ ꝓpositio īscriptione aliijsqꝫ modis collocari poterit: qui practicādi vsu facillimi erūt. In/scriptio āt poterit in artub⁹ viuaꝝ imaginū fieri: qua/tenus q̄dam imago in loco ꝯstituat in cuius dextra sit pma īscriptionis sedeciꝫ vlnis āt siue iūctura cubitali

scđa/in humero tertia/in capite quarta/in humero sinistro q̃nta/in cubito leue sexta/in manu vero sinistra septimã faciemus inscriptionẽ. Ut hec ꝑpositio itali q̃dat bona verba: sʒ nec factis verba ꝓbant: imaginabor Joãnẽ vel Jacobũ italũ siq̃s mihi talis sit notus alioq̃n alterius nõis vtpote Hieronymus Julius Jodocus Justinianus: qui in manu dextra teneat tabulã in qua scriptũ sit talit̃: fis realib⁹ in cubito vero: hoc verbũ dant: in humero: bona: in capite habeat pyrretuʒ vel coronã in qua sit scriptũ: verba: ⁊ ita deinceps. Sono vocis itidẽ fit vt in manu dextra habeat tabulã in qua sit lini: ⁊ abijciẽdo/m/habebis itali: mixtim in lr̃is ⁊ syllabis: in cubito pẽdentes multos dentes: dant eq̃dem ⁊ tant siue tçant ꝑ eodẽ habebit̃. Sufficiet nã qʒ exitũ vel ꝑncipiũ aut vtrũqʒ verbis simile exq̃rere vt publicius inq̃t ponẽdo inocẽtes pro ignoscẽtes: ⁊ id exꝑientia sepe ꝓbat̃. Insup in humero fabas: in capite pẽnas strutionis in sinistro humero çetas multas: in cubito ãt illius brachij: Conchas aliquas: in manu vero pẽnas in vẽtre quoqʒ panẽ: hisqʒ totũ repositũ erit: sed nõ sunt pisces pro lombardis. His alijsqʒ modis itidem diuersimode locare possumus: mixtum vel simpliciter.

¶ De memoria auctoritatũ ⁊ arte allegandi. Cap. 7.

Auctoritates quoqʒ siue orõnes sint breuissime siue lõge: eisdẽ ferme modis reponere licet ꝑter allegationes que speciales suas habebũt notas. Pro auctoribus enimuero amicoꝝ nõia accipiemus: dictũ vero iuxta iam traditos modos reponi poterit vt si. 4. regũ. ij. cap. aliq̃d ꝑcipuũ allegare placeat: pono imaginẽ que mihi significat q̃ttuor in manu coronã¹ tenere quã ei ablatura vnitatis imago cruce verbera minatur. Auctoritatem vero ipsaʒ penes prelibatos canones repono. In qua re plurimum ꝯducet quin potius necessa

rium foret oium librorum sacre Biblie doctorum sacre theologie: voluminum vtriusqz iuris ac precipuor autorum in metaphisica phia nāli in medicinis: Artibus liberalis ꝛ si que alie sint facultates habere imagines: pro quibus aliquos viros in his disciplinis nō vulgares pro imaginibus deligere opz. Ut pro biblia noui fratrē impense doctum in ea ꝛ quotiens virum cogito: biblie recordor: ꝛ ob id pro biblia ipsum mihi imaginē desumpsi. Uerum pro partialibus libris vtpote Geneseos Exodi ꝛ reliquis suas imagines ponemus vt in locando promptiores simus. Et itidem in oibus obseruari velim facultatibus. Ceterū quoniā quisqz liber suū habet titulum eo ipso denotari poterit arte inscriptionis. Sed in viuis magis oblector vtpote qui magis excitant memoriā: ꝛ que sua exercitatione ampliores absumunt sententias. Librorum autem mihi fabricaui alphabetum in facultatibus quas recensuimus. Sed id summopere denotandum est q veluti queqz disciplina suo vtitur stylo: suo eruditionis modo: Ita quoqz suis vtitur deniqz distinctionibus vt hic capitulis illic paragraphis: canonibus capitulis legibus ꝛ titulis opus sit habere imagines idoneas quibus citanda designētur. In sacra nāqz scriptura sunt libri. 2. quorū nonnulli capitula dūtaxat hñt cuiusmodi est Genesis Exodus. Alij vero in partiales diuiduntur veluti liber Regū: Paralipomenon ꝛ illi deinceps in capitula: In qbus allegamus Genesis pmo vel. 2. vel. 3. ꝛ subintelligitur caplo. In alijs vero sic primi regum pmo. 2. 3. ꝛ ita de reliquis: Pro genesis itaqz pmo ponerem gignentē vel mulierē que multos habebat filios: ꝛ p caplo imaginem vnitatis: de libris regum supra exemplū posuimus vz. 4. Regum. ij. Sunt nonnulle quoqz epistolarū opera pauli ꝛ aliorum apostolorum vbi allegationes fiunt tali modo pri

me ad Corinthios.3.7 q2 in talibus 7 nomen ep̄le 7 no/
men capituli non opus est exprimere: igit̄ sufficiet po/
nere imaginem quem vnū significat cortinnā in manu
tenentez quam ei imago que tria significat nitatur eri/
pere. Ponerē equidem ego kalmeckerschen que sportā
cum ligaminibus teneat manu quam Heribertus ei ex
plodat: Videbis attn̄ imagines meas librorum: Insup pro
libris quattuor euangeliorū sat erit vel quattuor viros
huiusmodi noīum videlicet Mattheus Marcus Joan
nes Lucas ponere vel aīalia quibus denotant̄ in sacra
scriptura vt: Angeluz siue iuuenem pro Mattheo: pro
Marco Leonem: pro Luca vitulum: 7 pro Joanne aqui
lam: Ceterum pro libro actuum Apostolorum accipies p/
prium imaginē. Capitulorum aūt alligationes: numerorum
imaginibus ad librorum idola applicatis locabuntur: In
libris āt phie Aristotelis.s. metaphisica physica: De ce
lo 7 mūdo de generatione 7 corruptione: Metheororū:
mineralium: de elemētis: de aīa: de animalibus: de sen/
su 7 sensato de memoria 7 reminiscentia: de somno 7 vi/
gilia: de iuuentute 7 senectute: de respiratione 7 inspi/
ratione: de nutrimento 7 nutribili: de sanitate 7 egritu
dine: de motu cordis: de morte 7 vita 7 si quos alios
fecit conueniens est speciales habere imagines simili/
ter in phia sua morali vtpote Ethica Politica Eco/
nomica 7 monastica: Silr̄ p logica suas imagines libro/
rū perihermenias p̄dicamentorum: priorum/posteriorum/topi
corum/7 elencorum: Similr̄ pro poetica sua: Sed id aduertē
dum est in aliqbus eorum diuisiones fieri per capitula
in alijs aut per textuum cōmenta que/scribūtur/t/7/c/
cum adiectione numeri Opz igitur notas habere p tex
tu 7 cōmenti que sint/T/C/ vel littere materiales vt si
hāc auctoritatē ex p̄mo posteriorum.t.c.p̄ nosce velim:
Ois doctrina 7 ois disciplina intellectiua ex p̄existente

sit cognitione: Imprimis collocabis quo rationes hoc modo vt ponas psonam qui librum posterioꝝ vel pfitea tur publice: vel in ea doctrina non triuialiter eruditus sit: ꝛ is habeat in manu dextra/T/ꝛ/C/sed imago vnitatis hmôi e manu eruere conet̃: vel imaginẽ vnitatis librũ cui titulo posterioꝝ iscriptũ in pectore teneat ꝛ/T/ manu dextra/C/vero sinistra depingat: Mille sunt id genus modi: Propositionẽ quoqꝫ penes normas ꝓpositionũ põres collocabit. In medicinis authores aliquos ꝑcipuos ꝛ egregios medicos quoꝝ noībus libri ītitulari sint accipiant̃ aut alijs regulis velut hacten⁹ edocuimus: hñt quoqꝫ modos allegationũ pro qbus specificas fingito imagines iuxta prelibata. In iure ât vtroqꝫ sũt libroꝝ tituli materiaꝝ tituli qui ĩ capitula canones in pontificio/in Cesareo in leges: ꝛ ille rursus in. §. i. para graphos pariunt̃ ꝛ necessariũ proinde olim cẽsuimus ꝛ libroꝝ ꝛ distinctionũ: insup cãꝝ: ꝛ penitẽtie atqꝫ ꝯsecrationis in decreto accipe imagines. In decretalibus aũt sexto ꝛ Clementinis: Titulos capl̃oꝝ ꝛ paragraphorũ. Excogita itaqꝫ speciales imagines q̃ tibi denotẽt libros ꝛ quãlibet eoꝝ ꝑtem vsqꝫ ad glosas ꝛ verba: vtpote.

Distinctio
Causa
Questio
Penitentia
Consecratio
Canon
Capitulum
·§·paragraphus·§·vel
glossa
Verbum
Libri Juris Canonici
Decretum
Decretales
Sextus
Clementine.

¶ In iure autem ciuili habeto imagines pro illis libris qui sunt hoc recensiti.

ff. ve. i: digestũ vetus num Volumen
ff. no. i. digestum no/ Infortiatũ Instituta

Auctéricum Auctentica Liber feudoꝝ

In qb⁹ allegant tituli leges·§· ⁊ glos. ⁊ verba vt exptis in iure notū est pro his tu sumito imagines. Exēplo salrem vnico rem faciemus clariorē vt si prima. q. i. vilissimus/cū sn̄ia illius capl̄i locanda foret sufficiēter ponerē p notam qua q̄stio sign̄atur in pectore imaginis vnum sign̄antis q̄ dextra illā teneat atq3 sinistra mōstret esse limo fedatā. Alijs q̄q3 modis itidē fieret. Insup si extra se Sū. trin. ⁊ fide. ca. firmiter·§. imaginari liceret altarē i quo tripes deposita sit sup quā resideat imago vnitatis: hn̄s i manu·§. tali signo reali cui firmiter alligauit fidē chordā quā catt⁹ detrahere conet. Poteris āt tali ordie vt cata sub tripede sedeat hn̄s fidē i ore ⁊ kalmeckersche sup tripedē respiciēs cattā comedē fidē tali mō.



Ad instar huius tu imaginaberis pene infinita exempla que practice relinquo. Si noueris distinctiones librorum ꝛ materiam in illis pertractatam facilis res erit alioquin laborioso habitum vsu ꝛ exercitio conquires. Colligas itaqꝫ summaria codicuꝫ in diuersis facultatibus quemadmodum in nostra polyphiria graphothesis fecimus: que vbi ad manum cuꝫ suis imaginibus habueris nil leuius esse poterit.

De conclusionum ꝛ questionum memoratione. Capitulum octauum.

Ceterum de conclusionibus non alia est solicitudo habenda q̄ꝫ in ꝓpositionum locatione. Neqꝫ iterū questionum cuꝫ omnis ꝓpositio sit dubitabilis questio. Sed nota questionis dumtaxat per eius imagineꝫ adijcienda est que sunt: vtrum si est an est: Quid est: de quo quare a quo gratia cuius: Quantum quale quādo vbi: quomodo ꝛ cum quo: quibus de qualibet re mundi possimus percunctari: nec vlla est propositio que si in dubium vertatur sub his notis non comprehendat̄. Siqꝫ igitur naturas earum noueris: facile factu earum imagines fabricare pro quo nota hanc formam.

Questio	De q̄ditate rei	cām materialis
Essentialis	quid est	de quo formalis
Accidentalis	Complexi	quare efficiens
Essentialis	De inherentia	a quo finalis gra
Incomplexi	subiecti ad pre	tia cuius
Complexi	dicatum.i.quia	Accidentalis
Incomplexi	est propterquā	Quantum
vtrū	causam predi	Quale
de eē rei Si ē	catum in sit	Quando
an ē	Propter quam	Vbi: de locali

tate	tum	eternum
Quo de modo	discretū: quot/	euiternum
rerum	tum	temporaneū
Cum quo de in	Quale	Temporale
strumentis	proprium	preterita
Quantum	appropriatum	presentia
continuū: quā/	Quando	futura

¶ De memoria syllogismorꝫ ꝛ aliarꝫ specierū Argumentationis. Capitulum nonū

Quantum ad incorporanda argumēta attinet hec cum sint orōnes ꝓpositionelue ad instar taliū per regulas superiores colloca/būtur: nisi ꝙ cum oīs argumentatio sit ꝓpositionū vnius ab altera illatio/que' fit vel syllo/gismo/inductione/enthimemate/vel exemplo conducibile sit habere imagines notarum illationis que sunt/igitur/ergo/ob/hoc/ ꝛ hmōi. Et causales in cōditionalibus vt si sortes currit mouet: reliquum aūt ponet modo ꝓpositionum. Juristis aut cōsuetudo est vel rōne argumentari vel textus inductione: Rationis quidem substantia ꝑcipuis eius verbis collocabitur. Et canones ac leges ꝑ ipsos allegatas pone ex regula quam supra cap. 7. huius quarti trac. statuimus: vbi vero textum arguentes induxerint per partes substantiales ponito: modis hystoriarꝫ sermonum collationum de quibus infra cap. 10. si longe fuerint: alioquin si breues ad instar pborum. At vbi bona fuerit consequentia Argutus phs eam facile ꝓcedet dūmodo ꝑncipale ꝯstitutum extiterit: qñquidem hoc nec facile factu putatur imagines cō ponantur: que totam mām euacuent opꝫ: vt si

Argumentationem memoratiuam

per inductionem ꝓbare velim hanc ꝯclusionem: oīs ho/
mo scribit imaginabor Petrū Joānem ac Socratē in
loco scribentes: ⁊ mox admiratione ꝓcedam oīs homo
scribit: q; vbi ea non ꝑtinus inferretur natura ipsa: in
proximo loco fuerit per se collocanda vel per similitudi
nē vel inscriptionē fictionē aut comparationeȝ seu quō
libet aliter iuxta ꝑlibata: Syllogismum autem ex solo
medio (in quo tota eius virtus est) memorare possu/
mus. Is enimuero formalis est ꝯsequētia que logico no
tissima ex medio: quare pro hoc syllogismo: oīs latro est
vltimo supplicio plectendus: Socrates est latro: igitur
Socrates ē vltimo supplicio plectēdus sufficiet posuis/
se latronē quēpiam cui caput amputetur ⁊ is Socratē
manu indicet: Item omnis medicus curat: Hierony/
mus est medicus: igit̃ Hieronymus curat. Sat erit Hie
ronymum circa infirmum solicitantem ponere: nisi for
san plus circa loculos q̄ȝ morbos. Opȝ qppe illationis
cām notare alioqn inanis fuerit hec doctrina. Agnita
aūt causa effectum ignorare nō possumus. Ob id elabo/
randum est quatenus mediū: qđ est ꝯclusionis causa vel
cōplexa vel incōplexa mēte teneamus. Accipito ob id
ꝓpositionis obiectum cum questionis nota ⁊ qđ rn̄den/
dum foret ⁊ quo responsum ꝓbaturus esses sit tibi cōpe
tens medium ad inferendā ꝯclusionem. Ut ꝓbaturus
aliquem habere pedes hoc est istā ꝯclusionem Joannes
habet pedes: sume hanc qōneȝ: Quis hȝ pedes: que que/
stio exigit hoc rn̄sum: Qui currit: siue currens: sit itaqȝ
currens medium inferende cōclusionis: hoc modo oīs
currens habet pedes Joānes currit: ergo Joannes ha/
bet pedes. Pro toto aūt illo argumēto sufficiet posuisse
aliquē cuius pedes plurimū admiramur: cuȝ cursus ac
saltus pedibus attribuat̃ ꝺm ꝑdeterminata: Uex cum
maior ꝓpositio sit virtualiter totus syllogismus: sat erit

ipsam posuisset ⁊ reliquum argumẽti facillime ꝓcedet/ Quo vbi difficultatem patiatᷣ minorẽ extremitatẽ subiũ gere oportebit: vt si in p̃fato syllogismo ponatur p imagines. Ois currens hꝫ pedes: ⁊ addatur Joãnes: residuũ non pōt non intelligi: sumpta ea nãqꝫ sub maiore habẽtur oẽs termini ex qbus syllogismus cõflatur. Quũ aut rñdentis est affirmanda cõcedere vera: falsa negare: ambigua ⁊ multiplicia distinguere. Et oẽ qd in argumẽto cõcedendum negandum distinguẽdũ ve est: aut est Antecedens vel ꝯñtia in enthimemate inductione ⁊ exemplo: Aut maior vel minor in syllogismo. Poterimus itaqꝫ argumenta opponentium artubus alligare nota solemni: vt mox locis applicata ordine reddamus. In syllogismo enim maiorem in dextra arguẽtis p inscriptionẽꝫ notationẽ similitudinẽ aut q̃olibet aliter colloantes: Minorem vero in pectore: Et sinistre ꝯclusionẽ accõmodabimus. Non tñ incõueniret imagineꝫ tenere maioris vel minoris. Et ei ꝑpositi argumenti mox sententiam p̃stare prout neganda concedenda distinguendaue foret ⁊ pro his locandis faciliter ⁊ prompte: potissimum in concertationibus plurimum conducet habere preparatas imagines vt concedo.

nego	Antecedens	maior
distinguo	Cõsequentia	minor

Sed caue ne Catam concedas ⁊ negas murẽ: corrodere caseum: Aut negas Leonem ⁊ vrsum concedas. Ceterũ vt facilius formalem ꝯsequentiaꝫ notare valeas ex solo medio aut maiore propositione: ⁊ minore extremitate locatã: ꝑpulchrũ est modorum imagines habere: in quibus vel argumentum totum reponas vel ipsam modi imaginem argumento iungas.

Barbara	Celarent	Darij

ferio frisesmorum darapti
parabypton Cesare felapton
Celantes camestres dissamis
dabitis festino datisi
fapesmo baroco bocardo
ferison

Pro his habeas decem et novem hoies tibi notos quorū cuiuslibet manus dextra sit pro maiore ꝓpositione: pectus aūt pro minore: et manus sinistra pro ꝯclusione. Disputaturus igit̄ colloces in locis: et obiecta argumenta ſm exigentiam in eis repone penes inscriptionem aut alios modos pretactos. Id tñ sūmopere nota qꝫ si longū aliqđ argumētū fuerit (cuiusmodi faciūt nōnulli Omelia texentes) et illud plura necessario occupauerit loca: sumendus est subsequentis index aliqs: vt pote pncipiū eius aliqua solēniore nota signet̄ veluti qꝫ imago eiꝰ in altiori resideat sede: et itidem in omnibus obserua.

¶ De memoria lectionum collationum ꝑtionuꝫ sermonum et hystoriaꝝ. Capitulum decimum.

De lectionibus collationibus ꝑtionibus et sermonibus popularibus ad plebem et vulgus eadem ratio est. Si ex libro hmōi studeamus vt videlicet terqꝫ quaterqꝫ transcurrendo in minutissimas sententiaruꝫ portiunculas resoluamus easqꝫ penes moduꝫ supratactum de propositionibus deponamus. Quicqd enim vero eloquuturi sumus in partes principales seu conclusiones: quarum vnam ab alia dependere videamus diuidendum est: et eas sigillatim ꝓprijs imaginibus depingere Nec quidem singula verba ponamus nisi forsan egregias aliquas sententias verbatim ob auctoritatis vim desumere libeat: quod vtiqꝫ colligantia/cathena/arte dictionandi/cōmede fiet. Insuper vt quibusdā imaginibus ad loca repositis vel singulas syllabas vel

dictiones

dictiones arte inscriptionis imprimamus ad singula membra dextra ad sinistram procedentes: Exēpla ex superioribus resume. In his rebus partitio cōmodissima est iuxta id institu. de lega § Sed no. vsq3: 7. ff. de exce. doli. li. i. Diuisio est vtilis: nā partitio aium legentis incitat/mentem intelligētis preparat/memoriam artificiose reformat. Unde qs ait. Ut pleriq3 volunt tribus diuisio valer. Legentis aium citat mentem quoq3 probat. Dat plenius capere: dat plenius atq3 videre. Firmius ac gerere dat tibi diuidere. Materia itaq3 longa vt iterato repetam primitus partienda est: deinde singulas snias per suas imagines locis mancipare: vñ si sepius depositū exigat: reddere ptinus ꝯsuescēt. Ex qbus ꝑspicuum est qūo hystorias locare oporteat vt v3 in pticulas ꝯscisse sigillatim singula collocent: ita tum vt añ oīa tēpus rei geste annoꝝ videl3 incarnati dñi ponatur qd etiam ab imparore aut summo pontifice sūmi poterit: deīde loci in quo res facta est imagines vel p īsignia aut alios modos sepius recitatos accipiemꝰ: postremo vo ꝑsonas que rem pperrarūt ꝓpria imagine vel aliter ponemus rliqua vt ꝓpōnes. Qūo aūt dilatare mām cōfirmare ampliare/diuidere/oporteat alibi docuimus.

¶ De memoratione versuum siue carminum.

Capitulum vndecimum.

Carmina autē metra siue versus id peculiare hñt quod hoc versu exprimit. Metra iuuant aīos cōprehendunt plurima paucis: pristina cōmemorant que sunt tria grata legēti. Hic si exercitatus arte velit breuitati studere poterit versus p eoꝝ capita locare: maxime vbi cōcinna dictionū cōglutinatio sese mutuo īsert. Alioquin per singulas pmas lras singulaꝝ dictionū: vt hoc carmen. Carmina que quondam studio florenti peregi: tali modo/C/Q/Q/S/F/P/ in corpore Ter.

nardi vel Boetij inscribēdo: vel per syllabarum aut dictio
num inscriptionē. Sunt etenim nōnunq̄ꝫ p̄ncipales di/
ctiones versus selegende: q̄tenus his terqꝫ quaterqꝫ cū
carmine repetitis earum imagines fingamus locis manci
pandas: in quo ars nāe suffragabit. Poterit quoqꝫ p̄/
fatus versus ex similitudine collocari vt Senē poetā
imaginemur carmina sua in charta floribus exornata
monstrans: In his similibus frequentatio lectionis ꝛ se
dula imaginatio ꝛ incorporatio iuuat. Id tn̄ non p̄ter/
eundū est q̄m nō solū p exēpla ponunt versus ꝛ metra:
sed ēt per significationes terminorum: quatenus virtute
vocabulorum absqꝫ intellectu tn̄ collocentur. Ponun
postremo sententiarum imagines excogitando siue p̄/
prias siue q̄slibet alias eam repsentātes: ita ne opus sit
singula verba reponere vt ex Tullio sepe repetiuimus.
Sed sn̄ia ex versu excogitata per imagines adinstar p̄/
positionū vt supra cap. 6. huius q̄rti trac. statutum est.

¶ De prompta incorporatione auditorum.
Capitulum duodecimum.

QUe ex libris desumimꝰ crebra repetitione memo/
rie imprimunt: sed cōtionatoris declamatoris vel
orantis verba ex tempore mox reponere exercitatissi/
mi est atqꝫ alias bonum habentis ingenium firmatum
arte/opus siquidem est labore ꝛ diligentia atqꝫ summa
inter audiendū aduertētia. Sed nihilominus viua vox
plus afficit: ꝛ in aīo altius resident que p̄nūciatio: vul/
tus/habitus/ꝛ gestus dicentis affigit q̄ꝫ lecta in libris:
Si maxime egregius q̄spiam modo diligētia ꝛ rōne op
tima in efferendo fungat. Exordiando debite quatenus
incitet aīum audientis: benignum reddat: ꝛ faciat eru
ditum: causarum assignatione ꝛ dicendorum summatione p
debitū numerum. Ita quoqꝫ ꝙ distincte narret lucide cla
re ordinate ꝛ breuiter ceterisqꝫ rethorice spēbus obser/

uatis: quibus ⁊ recte disponitur ⁊ debite pronunciatur oratio: Cũq3 eloquutor tẽperat vires pro audientium more: vt officium eius exquirit: Si diligens fueris auscultator ⁊ satis attẽtus ⁊ verba cũ3 imaginibus conferas ac seriose ⁊ fortiter imprimas optime audita commemorabis. Quod vbi vel ex auditoris negligẽtia ⁊ pnunciãtis defectu aliqd hoꝝ defuerit vix quicq̃3 inde reportabit auditor: Quo itaq3 modo pnunciet auditor mox ꝯsiderabit: ⁊ si depẽdentiã faciat sermonis notet diligẽter: pro singulisq3 pũctis pncipalibus imagines cõponat: qbus ea breuitate qua alter edicit loca sua ꝑhabita replebit: Et si quas solẽnes ⁊ notatu dignas reciret auctoritates: pro his quoq3 imagines statuat. Taliterq3 maximã iordinatissimi ẽt sermonis partẽ capiet.

¶ De memoria rerum prophanarum.

Capitulum decimumtertium.

Poterant hec profecto quibusuis etiã studiosis sat esse: atqui ne amico partior sim q̃3 oporteat: de rebus prophanis que te minime cõcernunt Joãnes dulcissime exempla subijcienda cẽsuimus vnde coniectes: q̃3 facile sit extranearũ3 rerũ nobis cõparare memoriã: Cuiusmodi sunt ex numeris maxime dependentia. Sic quippe mercimonia/debita/taxilloꝝ iactus/chartarũ ludos/scacorum tractus ⁊ item aliorũ id genus pleraq3 alijs mirantibus pbs mente tenere poterit. Cui rei numerorum imagines in promptu habere summopere cõducet ex cap. 10. trac. tertij. Ex illarũq3 varia cõmixtione rem ipsam designare: Proinde meminisse op3 ipsas nouem personas cõstituere varios numeros ꝯm variã3 imaginum articularis numeri cum ipsis copulatione3. Kalmicker sche siquidem vnum dũtaxat mihi representat se sola: q̃ꝫ si ei crucem simplicem quolibet donauero vndecim denotabit: si duplicem viginti vnum: si crucẽ

in tripode triginta vnum: ꝛ ita deinceps vt supra edo/
cuimus. Ita quoqꝫ crux pro decem ponitur: verū penes
personarum adiunctionem variatur numerus. Cum
kalmickersche etenim vndecim/cum Joā. blecken duo/
decim: ꝛ cuꝫ heriberto tredecim: ꝛ ita deinceps reliquo
rum. Ita quoqꝫ crux duplex viginti/ ꝛ. 21. ꝛ. 22. ꝛ. 23. ꝛ
ita reliquorum cōponet cum adiunctis ꝑsonis: Quem
modum si in vsu habueris facile memoria cōmendabis
quectūqꝫ numeris integrant. Que res sūme necessaria
est doctis pariter ꝛ idoctis: vt is pene nihil sciat qui nu
merare nesciat vt boetij auctoritas est: quāobrem te ple
nius edocētes: ꝑpaucula adiecim⁹ hic exēpla nr̄is ima/
ginibus penes quē modum ꝓprijs tu rem absolues.

.§. i. De mercimonijs.

Id quoqꝫ mercatoribus summe necessarium est vt ha/
beant loca sibi q̄ꝫplurima in prōptu atqꝫ imagines ma
xime numeroꝝ: absqꝫ siqdem arithmetica nihil efficiēt.
Si quis igit mente tenere velit ex ordine merciū suarū
pondus ꝛ mensuram locis sua serie collocet. Et q: res
inaīate per se non satis commouent ob id eis viuas iun
gemus imagines vt supra docuimus que aliquid circa
eas operentur. Siquidem proinde quispiam Venetijs
comparauerit bombicem/Setam/piper/çinçiber mar
garitas aut que horum similia. Coloniam destinanda:
ꝛ velit pondus hmōi rerum memoriter retinere: cuiqꝫ
suum numerum adaptet vtpote trecentas libras bom/
bicis in p̄mo loco ponendo heribertum qui signum cen
tenarij triplicatum teneat videlicet cornu vel baculuꝫ
cum duobus annulis: ꝛ in illa teneat librā siue stateraꝫ
in qua pendeat pars aliqua bombicis. Itideꝫ aliter vt
saccum plenum bōbice in p̄mo loco fingas super quem
heribertus sedens cornu siue bacculum cū duobus an/
nulis in sinistra teneat ꝛ staterā in dextra. Id siquideꝫ

obseruari volumus in hmōi numerox locationibus: q̄ si numerus centenarij siue millenarij in p̄ncipio loci siue in dextra imaginum numeri digitalis ponatur seipsum representet cum adiuncto digitalis vtpote si heribertus Cornu in dextra teneat sign̄abit centum ⁊ tria. Si vero in sinistra trecenta. Quod in oībus obseruari op3 discretionis causa. In secūdo itaq3 loco ponas. Sexte quātitatem vt si centum ⁊ mille vlnas habeas panni Serici imaginaberis in secundo loco virum a quo emisti siue aliquē aliū tibi notū qui circa hmōi pannos negotiat ⁊ q̄ is vlna sua mensurat pannum illum: habeat aut in capite caudam pauonis ⁊ ex collo pēdens cornu argenteum ad dextram partem: In tertio deinde loco piper in magno sacco aperto tn̄ imaginaberis. Et si cētuz quinquaginta quattuor librax sit collocabis Margaretā heymans in dextra arcum ⁊ cornu gestientem. In sinistra aūt stateram qua ex sacco extrahat piper librandum. Ita pariformiter de zinzibere ⁊ margaritis faciendū est. Et quibuscunq3 alijs rebus inaīatis. Si aūt oues ⁊ boues vel equos aliqs transmitteret numex vni eorum dumtaxat iungat: vt si mille oues/in p̄ loco ponat vnā ouē que comederit pauonē vsq3 ad caudam quā adhuc in ore tenet. In scđo bouez in ore cornu cursoris tenentē ⁊ centū rep̄sentabit. In tertio q̄nquagintaq̄nq3 equos pones. si margarita de puteo īsideat vni equo Arcū in dextra tenēs quo equū p̄cutiat. Ex his similia tu cōiectabis imagines tn̄ numerox meox posui vt adinstar illax alias excogitatas in prōptu habeas.

§.2. De debitis ⁊ obligationibus.

In omnibus debitis obligationibus ⁊ contractibus vt in pluribus dies mensis annus ⁊ locus vbi huiusmodi pacta ⁊ contractus fiunt notari solent: ea propter opus est mente tenere mensium ⁊ dierum notas quas supra

cap.17.trac.3.enumerauimus vt.

Dominica Auro
Lune Argento
Martis Ferro
Mercurij Argento viuo dies hebdomade
Jouis Stanno
Veneris Ere
Saturni Plumbo

Et mensium intersignia caplo.18.trac.3.recensita.

1 Januarius	bifrons	7 Julius: messor	
2 Februarius	febrilis	8 Augustus: agresti collector	
3 Martius	bellator	9 September: torculator	
4 Aprilis	clauiger	10 October: nespulas habens	
5 Maius	floriger	11 Nouember: oleastrum	
6 Junius	herbari9	12 December: mactator	

Annos autem dñi sufficit numerorum imaginibus desi gnare. Et substantia negotij iuxta applicationez artis ad snias supra capitulos.5.trac.q̃rti. Sit itaqz is casus (vt iuriste inqunt) in terminis. Petrus de Aqsgrano cóparauit Venetijs anno dñi.1520. die vero Mercurij 12.mẽsis Junij. decẽ libras piperis: pro q̃libet libra pmi sit dare dño Antonio de Anchona vnũ ducatum & me dium: anno.1521. die Jouis vigesima Aprilis Et pro vi gintiqnqz libris croci eodẽ die emptis pmisit dare pro q̃libet libra tres ducatos: die Saturni siue sabbato deci manona Maij. Ponas Margaretã de puteo in dextra caudam pauonis hñtem & in sinistra bacculum cuz duo bus annulis: siue cornu: quo pcutiat duplicem crucem iuxta se positam: que viginti signãt & annus erit reposi tus: Ante hmõi itaqz imagines in eodẽ loco (iuxta nor mã quã supra cap.2.trac.3.circa finez tradidimus) po ne: ita qdẽ vt herbarius de manu Joã. blecken crucem rapiat: & ille iratus eum argento viuo perfundet: & hoc

ipso dies mensis positus erit. Deinde imagineris illuc mensam ordinatam in qua saccus piperis collocet̄ ꝛ in ipso crux in qua pendeat statera. Petrus āt apprehendens crucē ipsam/ostendat Antonio alicui anchorā in manu hn̄ti ducatū vnuz in illa mēsa iacentē/ꝛ diuidat alteꝝ gladio. Et mox subiungent̄ imagines anni.1521. ꝛ diei Jouis vigesimi Aprilis iuxta iam exemplificata. Et imagines croci simili mō reponi poterunt sat nāqz mihi erit modum monstrasse his pauculis

§.3. De iactibus taxillorum.

Cum autem te libuerit recensere omnium iactuum numeros quos taxillis vel tesseribus ludētes proiciunt: locos ad manum habeto preparatos ꝛ in singulis singularum proiectionum imagines repone. Utpote proijciēs duobus taxillis nil poterit proijcere quin sit.1.1/1.2/1.3/1.4/1.5/1.6/vel. ꝛ ita deinceps. Si itaqz proijciat in pͥmo iactu.1.1.pro illo iactu pone kalmickersche in primo loco taxillum in manu habentem. Si secunda vice proijciat.1.2.in secundo loco pone kalmickersche cum Joā.blecken colloquentem: ꝛ ita pariformiter pro quolibet iactu ī quolibet loco pone suas imagines. Et si cētum iactus fecerit centuz oportebit loca habere: nisi in vno loco plures imagines collocare velis iuxta artem quam supra cap.3.trac.3.dedimus: vel in artubus vniꝰ imaginis plurium iactuum numeros collocare malueris: qd̄ tn̄ minime ꝯsultū habeo: in hoc sīqdē nō forent ꝓportionate imagines vt speculāri pꝫ. Si āt totā summā hmōi iactuū siue punctoꝝ ꝓiectoꝝ meminisse velis nāli memoria supputabis: vtpote proijciat semel ꝛ sint vnus pūctus in vno taxillo ꝛ duo in altero facile sūmaz numerabis: ꝑ quo nūero sufficeret solū heribertū posuisse: itidē ð reliqs. Si qdē cū tribꝰ taxillis aut qͣtuor ꝓiecerit ꝑ cūctis singulis suā imaginē ponito: vtpote sint

In primo tria/in secūdo quinqꝫ/in tertio sex ⁊/in quar
to vnum/pro is ponantur heribertus margare: de pu/
teo:itez Sessinchusen ⁊ Kalmickersche:in vno loco. Ut
autem totam summam illius iactus retineas summa/
tim computabis ⁊ resultabunt quindecim: pro quibus
pone margaretam de puteo crucem manu apphenden/
tem. Ex his similia coniectabis.

§. 4. de ludo chartarum.

Pro chartiludij memoria notandum precipue est quat
tuor communiter esse species picturaruz vtpote in vna
rose/in altera nole/in tertia scuta/⁊ in quarta glādes
habeantur: Et cuiuslibet huiusmodi specierum diuerse
sunt figure videlicet Rex Regina: Eques pedes: ⁊ reli/
que per numerum partite/vtpote decem rose/decez no
le/decem scuta: ⁊ decem glādes/per singulas species ad
binarium descendendo. Pro ipsis autem imaginibus
oportebit quattuor homines accipere vt virum diade/
mate coronatum. Pro regina feminam corona ornataz
pro equite equestrem quempiam notum/⁊ pariformi/
ter pro pedestre: qui eum significet. Numerorum aut ima
gines/relique significabunt vtpote crux decez rosas no
las scuta vel glandes iuxta appositionez. Similiter no
uem rose significabuntur: si annaz Eckynhagen ponas
in manu rosam tenere: si vero nolam: nouem erunt po/
site nole. Ludentibus igitur aliquibus poteris facile
imaginibus singulos eorum iactus ponere vt in § 3. do
cuimus. Sic quoqꝫ si quispiaz omnes chartas ⁊ tibi or
dinem earum recensendum obtulerit: singularum sin/
gulas in singulis locis ea serie qua accepisti vel nomi/
nata sunt repones: quod facillimum erit vbi predispo/
sita loca habueris ⁊ imagines pre conceptas: non enim
⁊ loca ⁊ imagines ⁊ memoratio rei simul efficienda ve/
niunt: vt periculo comprobauimus. Circa vnum siqui

dem mens intenta ab altero remittitur. Hec generaliter dicta ad omnia chartarum genera aliis figuris insignita ꝓportionabiliter applicanda sunt veluti vidi aliquas exterorum chartas denariis ensibus bacculis ꝛ cupis depictas. Nā si septē enses primo proiiciantur mox Antonius decan. ensem manu gestiens locandus foret. Si vō deinde tres denarii ponas heribertū denarium in manu hn̄tez: ꝛ itidē de reliqs. In quoqꝫ in hac arte obseruandū est q̄ si plures simul ludant videlicet tres aut quattuor vt penes hoc in tres vel quattuor partes loca distinguantur: ꝛ inter hm̄oi partes tot loca relinquere vacua quot quisqꝫ ludentium habet chartas: que postmodum iactuum imaginibus impleas.

§.5. de ludo scacorum.

In quouis ludo sūt Rex Regina duo viri ꝯsolares duo equites aurati duo/ Interroges thesaurarius medicus caupo Theolonarius scriptor faber ꝛ colonus. Et hi q̄dem omnes duplicantur vt alii nigri sint alii vero albi: Pro ipsis itaqꝫ sedecim personas tibi notissimas deligito albis vestitis vel re ipsa aut ꝯcessione imaginationis vel saltim aliquo signo albo discretas. Alie vero nigre ab ipsis pariformiter discernantur: ꝛ hasce in duplicibus colloca locis cum insignibus quibusdam operationibus vt in promptu sint cum oportet. Et cum ludū recensere velis pro singulo tractu imaginem eius in suo loco seponas: vt si vir consolaris albus nigrum tollat horum imagines fingito vt albus nigrum humeris in suo teneat loco ita deinceps. Nec magni facio in presentiarum quo nomine huiusmodi instrumenta vocentur vt quidam appellant Regem reginaꝫ Rochos equites delphinos siue presbyteros ꝛ pedissequas. Tot enimuero sufficiet habere personas notas quot sunt scaci videlicet sedecim pro albis ꝛ pro nigris sedecim. Et pro sin-

gulo tractu suum pro libitu pone imaginem.

·§.6.de facieꝝ numeris in chartis imprimẽdis.

Difficillimũ in arte ipressoria videt mẽte tenere corrũ/
dẽtiã numeroꝝ:vt exẽplo loq̃r si foliũ simplex cõplicet
q̃libet pagina in duas colũnas ptita numerus eaꝝ erit
vt expãso folio in p̃ma facie ordinent hoc modo.7 8 1 2.
⁊ in alio latere 3 4 5 ·.Cum aũt in q̃ttuor absq͡ʒ colum/
nis plicet nũerus eaꝝ erit i p̊ latere 5 4 8 1 tali mõ 5 4
In alio autem latere. 3.6.2.7. ꝫ 6 8 1
hoc modo 2 7

Si vero foliũ in.4.plicet ⁊ distinguat per colũnas erũt.
16.colũne expãsoq͡ʒ folio eaꝝ numerus erit talis in pri/
mo latere. 2.1.16.15.7.8 9.10.tali modo.
2 1 91 51 In alio autem latere.6.5. 9 5 z1 11
7 8 9 10 12.11.34.13.14.tali modo 3 4 13 14

Si autem foliuʒ plicetur in.8.erunt.16.facies absq͡ʒ co/
lumnis:expenso folio in primo latere numeri latere.9.
8.15 12.16.1.4.13.tali modo.
6 8 5 21
16 1 4 13
In alio ãt larẽ nũerus erit.11.6.7.10.14.3.2.15. tali mõ.
11 6 ㄥ 01
14 3 2 15

Si autem distinguat ꝑ colũnas erunt trigintadue co/
lumne earũq͡ʒ numerus erit in primo latere talis.18.17.
16.15.10.9.24.23.31.32.1.2.7.8.25.26.tali modo.
81 ㄥ1 61 51 01 9 ᔭz Ɛz
31 32 1 2 7 8 25 26
In alio aũt laxe numerus erit.22.21 1/.14.13.20.19.27.
28.5.6.3.4.29 30.tali modo.
zz 1z z1 ᔭ1 Ɛ1 0z 0z 61
27 28 5 6 3 4 29 30
fiunt varie id genus foliorum complicationes vt po/

te si sexternus fiat ex folio integro ⁊ medio vel octer//
nus vt si folium in quattuoꝛ plicetur ⁊ in illius medio
ponantur alius quaternus. Pro ꝑ hoꝛum omnium me
moꝛia id obseruetur quatenus in loco vna tabula fin/
gatur in qua numerorum imagines collocentur vtpo/
te prioꝛis lateris numeri iuxta murum ⁊ alij in eoꝝ op/
posito: vt si folij in quattuoꝛ plicati numeros collocare
placeat qui sunt in primo latere tales. 5 4
ponat̃ tabula ⁊ ab vno later̃ sedeāt margar̃ putei: 8 1
⁊ marga/ben apud murum: ⁊ pastoꝛ bach. ⁊c.

¶ De modo legendi incoꝛpoꝛandi meditandi ⁊ reperē/
di ea quoꝛum memoꝛiam experimus
Capitulum decimumquartum.

Cum meminisse quippiam velimus oppoꝛtunum
est in primis ipsum cursim bis terue lectitādo trā
scurrere: atq; deinde oꝛdinem ꝯstituere ⁊ cuiuslibet par/
ticule sententiam indagare: Et postremo sententiā ip/
sam facile memoꝛie commendabimus. In qua rei id ob
seruandum erit vt cuiuslibet partes imagines effinga/
mus: easq; seriatim locis cōmendemus: ita qdez vt pri/
me sñie imago fixe firmiterq; insculpat̃ priusq̃ molia/
mur alterā collocare. Atq; semp primas cū posterioꝛi/
bus repetamus: vtpote posita scđa nō ꝑus tertia ponat̃
q̃ primā cum scđa resumpserimus: nobisq; fixe memo/
rie inhereat Non tñ multa longaq; ꝯtinuatione mentē
defatigare opꝫ: sed īterpolatione aliqua paulisp remit/
tamus: videlicet dum qntum attigerimus locum: dein/
de in decimo pausabimus. Et in qrto quoq; moꝛā age/
re ꝑpauculā remediabit̃ defatiscētibꝰ viribꝰ. Qñ itaq;
aliquez posueris qnarium: loca ipsa diuersimode/calce
ad verticem atq; retrograde simul cū depositis repetē

imaginibus: ⁊ intentionem indubie assequeris. Si tamen reliqua pcepta seruaueris ac que naturaliter memorie conducunt: Neqꝫ arbitreris solis locis ⁊ imaginibus diuinum quid agere: nisi ⁊ naturalis aliqua saltē mediocris assit memoria: quam nãlibus quoqꝫ diligentiis custodiendam suadeo: ne frustra niteris: que vbi cõpetens fuerit hui⁹ artis beneficio si rite fungamur plurimum suffragabitur. Ea quoqꝫ quoꝝ memoriam efficere placet vbi in partes diuisa fuerit: cuilibet suã imaginem applicabimus ⁊ vt iam diximus locis mãcipabimus: quod tamen ita fier quatenus inter legendum voce alta non vtamur: at potius submurmurãdo meditemur. Et quoniã contemplationi silentium maxime cõpetit/in nocte resolutis vaporibus vbi spiritus purificati fuerint nostro studio intendendum est: vt alibi edocuimus. Ea siquidem tempestate noctis interio minus ad exteriora euocat. Insuper huic pbi astipulantur snie inquientis. Mane ante lucem surgere ⁊ phie operã dare ⁊ sanitati confert ⁊ nostre rei familiari. Ut itaqꝫ rē vnico absoluã verbulo optimos i facultate tua tibi delige authores: quos tibi q̃ꝫ familiares facito sepius repete sententias considera ⁊ circunstantias scripturaꝝ. Sententiã ante omnia elabora intelligere: ⁊ quo tendat cõtemplare: verba penes snias in partes diuide singulas partes sigillatim recũ repete: ⁊ in memoria fige eo potissimum tpe quo mẽtis non grauior est occupatio ⁊ spiritus aiales in suo robore vigorosi psistũt. In tuo quoqꝫ studio vires metiaris ne vltra metam protendas. Ac alia que alibi in nostris editiunculis lectitasti obserua vel maiorum de modo studẽdi pcepta. Que longũ erat iterum hic repetere: potissimũ vbi festinantissimus pene immaturũ extorques opus. Quare vnico dũtaxat concludentes verbulo: huic opello finem imponentes:

grauiora pollicemur cū id ocij nacti fuerimus.

Conclusio operis.

Symonides Chius poeta prestantissimus olim (vt aiunt) Granone in Thessalia apud Scopam hominem fortunatum atqꝫ nobilem cenans: carmen qđ in eum composuerat cecinit. Et quoniam in eo pleraqꝫ ornandi causa: pro more poetaꝝ in castorem atqꝫ pollucē effinxerat: ob id Scopas Symonidi aiebat se dimidiū ꝓmissi daturum pro illo carmine: ⁊ ꝙ reliquum a suis tyndaridis quos eque laudasset peteret. Inter q̄ paulopost Symonides euocatus a duobus iuuenibus egreditur: ⁊ mox cōclaue in quo Scopas epulabat corruēs eum vna cum suis oppressit: Quos humare volentes nequiuerant obrutorum cineres internoscere. Ast Symonides ex eo ꝙ nouisset quo eoꝝ quisqꝫ loco recubuerat quēqꝫ obtumulandum monstrauit. Ex qua referūt memorandi artificium primitus iniciatū: A sequacibus sūt pro cuiusqꝫ ingenij vi auctum variatūqꝫ ⁊ diuersis traditum ꝑceptionibus. Inter quos postremo non aureos ꝓmisi mōtes: sed qđ ex alioꝝ ꝑceptionibus hausi ⁊ ꝓpria cōperi industria: ob meā in te obseruantiā Joannes dulcissime tibi ꝯgessi in hoc opellum. Ex quo nolim estimes te mox in oīum diuinatorem excrescere. Nō eqꝫdem poculi more tibi aut cuiuis alij sciam infundere cōcessum habeo. Sed cū in quauis disciplina tria potissimum exigant ad habitus conquisitionē: Natura/vsus/ ⁊ ars: Artem quatenus licuit tradidi nauande cuiusqꝫ discipline: quā si in meliorē vsum verteris me hercle nō paruam nanciscceris frugē: Si quippe indies perpaucula notioni tue adieceris doctior euades vt quispiam ait: Paruula si tentes sup adiecisse pusillis. Idqꝫ frequēs peragas magnus cumulatur aceruus. Sed nosti quoqꝫ illud Horatij: Qui cupit optataꝫ cursu ꝯtingere metā:

Multa tulit fecitq3 puer sudauit ꝛ alsit: Abstinuit Venere ꝛ baccho: Atqui ois ars innaniter susciperetur in eaq3 frustra torqueremur si penitus nāe conmoda nobis alienissima forent: adeo vt neq3 loca retinere: ꝛ imagines effingere possemus. Sūma ꝑinde tibi cura sit auxiliande nāe phoꝝ rōne secretissima: ex qbus nonnulla laboriosissime eruimus: veꝝ si medicinis memoriam augere velis. Qđ medicorum est promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Tu medicus cum sis Galenū Auicennam Hypocratem Mesue ꝛ alios ad manu3 habes: Alijs familiarius īter Neothericos Marsilius ficinus musaꝝ physicus adminiculatur: Joan. michaelis/inunctionibus ꝛ cataplasmatibus alijsq3 remedijs memoriā intentat. Nām cura. Arte3 obserua ꝛ vsum frequenta: Non tam multa lege q̃3 pauca multum: eoꝝ ꝑcipue qui non verbis chartas implent erisq3 voti compos. Accipe itaq3 mella inter vepres collecta manu nostra. Joannes ideo inter vepres ꝙ adinstar Julij Cesaris (in obedientiaꝝ exequutionibus) huc illucq3 proficisci iussus coegissem. Quemadmodū quoq3 Plinius iunior in itinere semp studuisse memoratur: studium exagere necessum erat: Ad qđ Alexandri macedonum Regis in castris semper quippiam lectitantis plurimum incitauit exemplū. Vale Kyrdorp apud bruieler vbi huic nostro opello (ꝓpter tua3 nimiā festinamq3 instantiā) nondū penitus finem imposuimus. Anno dn̄i millesimo quingētesimo tertiodecimo: die vero martis ītra octauas beati Martini episcopi. Iterum atq3 iterū vale ꝛ tui Joānis: Joānes charissime ne vnquam obliuiscaris.

Peroratio exemplaris in totum opusculum.

Finis.

Marci Contarini

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt quaterniones.

¶ Venetijs per Melchiorem Sessam
Anno domini. 1533.
Mensis Julij.





